p Praeterea quedam scripturarum note apud celebrimos scriptores fuerunt, quasque antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis apposuerunt. Nota est figura propria in littere modum posita ad demonstrandam unamquamque verbi sententiarumque ac versuum rationem. Note autem in versibus apponuntur numero xxvi, que sunt nominibus infra scriptis. X. Asteriscus apponitur in hiis que omissa sunt, ut illucescant per eam notam, que deesse videntur. Stella enim aster dicitur greco sermone a quo asteriscus est dirivatus. — Obelus id est virgula iacens apponitur in verbis vel sentenciis superflue iteratis, sive in locis hiis ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta iugulet superuacua atque falsa confodiat. Sagitta enim grece obelus dicitur. ÷ Obelus superne appositus ponitur in hiis de quibus dubitatur utrum tolli debeant annon apponi. ÷ Lemniscus id est virgula inter geminos punctus iacens apponitur in hiis locis que sacre scripture interpretes eodem sensu sed diversis sermonibus transtulerunt. Antigraphus cum puncto apponitur ubi in translationibus diversus sensus habetur. X. — Asteriscus cum obelo hac proprie aristarcus utebatur in hiis versibus qui non suo loco positi erant. P Paragraphus ponitur ad separandas res a rebus que in connexu concurrunt, quadmodum in cathalogo loca a locis et regiones a regionibus, in agone premia a premiis, certamina a diversis certaminibus separantur. Positura est figura paragrapho contraria et ideo sic formata, quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat. Ↄ. Cryphia circuli pars inferior cum puncto ponitur in hiis locis ubi questio dubia et obscura aperiri vel solvi non potuit. Ↄ Antisimma ponitur ad eos versus quorum ordo permutandus est, sicud et in antiquis auctoribus positum invenitur. Ↄ· Antisimma cum puncto ponitur in hiis locis ubi in eodem sensu duplices versus sunt et dubitatur quis potius sit. > Diple hanc scriptores nostri apponunt in libris ecclesiasticorum virorum ad separanda vel demonstranda testimonia sacrarum scripturarum. > Diple periston hanc primus leogoras siracusanus apposuit homericis versibus ad separationem olimpi a celo. > Diple peristigmene id est cum geminis punctis hanc antiqui in hiis apponebant que zenodotus ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutaverat. In hiis et nostri ea usi sunt. > Diple obelismene interponitur ad separandos in comediis vel tragediis periodos. Ↄ Aversa obelismene quotiens strophe et antistrophos infertur. Ↄ Aversa cum obelo ad ea ponitur que ad aliquid respiciunt, ut nos ne tibi frigie res vertere fundo conamur, nos an miseros qui troas achivis obiecit. > Diple superne obelata ponitur ad conditiones locorum ac temporum personarumque mutatas. Recta et adversa superne obelata ponitur finito loco suo monade significantes similem sequentem quorum ac. ※ Ceraunium quotiens multi versus improbantur nec per singulos obelantur. Ceraunium enim fulmen dicitur. ☧ Crismon hec sola ex voluntate uniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur. Phi et ro i. fronti[s] hec ubi aliquid obscuritatis est.

ob solitudinem ponitur. Anchora superior ponitur ubi aliqua res magna omnino est. Cl. Anchora inferior ubi aliquid vilissime vel inconvenienter denuntiatum est. Chrisimon nota tantum in fine libri apponitur. Alogus nota que ad emendandos errores adhibetur. Fiunt et alie notae librorum pro agnoscendis hiis que per commentaria paginarum exponuntur, ut ubi lector huiusmodi signum invenit ad textum recurrens eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse expositionem cum textum supra recte notam invenit.

De notis vulgaribus undecimum

Vulgares notas Ennius primus mille et centum invenit. Notarum usus erat ut quicquid pro contione aut in iudiciis diceretur librarii scriberent, cum plures simul astantes divisis inter se partibus quot quisque verba et quo ordine exciperet. Rome primus Tullius Tyro Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum prepositionum. Post eum Vipsanius, Philargius et Aquila libertus Mecenatis alias addiderunt. Deinde Seneca contracto omnium digestoque et aucto numero opus effecit in quinque milia. Note autem dicte eo quod verba et sillabas prefixis caracteribus notent et ad notitiam legentium revocent; quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur.

De notis iuris xii capitulum

Quedam autem littere in libris iuris verborum suorum note sunt, quo scriptio celerior breviorque fiat. Scribebatur enim verbi gratia per B et F bonum factum, per S et C senatus consultum, per R et P res publica, per P et R populus romanus, per D et T dumtaxat, per supinam litteram W mulier, per P secundum naturam pupillus, per P aversum caput pupilla, per unum K caput, per duo KK iuncta calumnie causa, per I et E iudex esto, per D et M dolum malum. Cuius generis plurime consimiles note in libris antiquis inveniuntur. Has iuris notas novitii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per hec callidi ingenio ignorantes decipiebant. Atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras ut nullos errores, nullas ambages afferrent, sed sequenda et vitanda aperte demonstrarent.

De notis militaribus xiii capitulum

In breviculis quoque quibus militum nomina continebantur propria nota erat apud veteres, qua inspiceretur quanti ex militibus superessent quantique in bello cecidissent. T tau nota in capite versiculi posita superstitem designabat; Θ theta vero ad uniuscuiusque defuncti nomen apponebatur. Unde et habet per medium telum, id est mortis signum. De qua Persius ait: Et potis es nigrum vitio prefigere theta. Cum autem imperitiam designare vellent, Λ littera usi sunt, sicut autem morte designabant, ita ponebant ad caput. Et in stipendiorum largitione proprie note erant.

De notis litterarum xiiii capitulum

Notas etiam litterarum inter se veteres faciebant, ut quicquid occulte invicem per scripturas significare vellent mutuo scriberent. Testis est Brutus, qui in hiis litteris ea que acturus erat notabat, ignorantibus aliis quid sibi vellent hee littere. Cesar quoque Augustus ad filium: quoniam, inquit, innumerabilia accidunt assidue que scribi ad alterutrum oporteat et esse secreta, habeamus inter nos notas si vis tales, ut cum aliquid notis nobis scribendum erit, pro unaquaque littera scribamus sequentem, hoc modo pro a b, et deinceps eadem ratione ceteras; pro z autem littera redeundum erit ad duplex a a. Quidam autem versibus ipsis scribunt.

De notis digitorum xv capitulum

Sunt quedam etiam digitorum note, sunt et oculorum, quibus secum taciti proculque distantes colloquuntur. Quod mos est militaris, ut quotiens consentit exercitus, quia voce non potest, manu promittat. Alii quia voce non possunt gladiorum motu salutant. Ennius de quadam impudica: Quasi in choro pila ludens datatim dat se et communem facit. Alium tenet, alii adnutat, alibi manus est occupata

aliq pcellit pede aliq dat cunctu coppitdum
alabr falm i wcat cu alio tutat at ty alijs
das digito fras Et salomo i mut oculo te
rit pede digito loquitur vf

De orthographia duodecimu cam

Rthographia grece latine vra scriptura interp
tatur Orthos n vra graphia scriptura d
hec disciplina docz quadmod scribe debeam Nam
sicud ars tractat pan declinacom ita 2 or
thographia d scribendi ptica ut puta d ad cu
e ppositio d liram ca e quicto t liram accip
hand qy adiubium e negadi d lra imatur
2 aspirat i capite qy aut quicto disjuncta
e p t liram sine aspiraco scribit Apud ppoito
p d scribit sicud apud prxm quo vetes ad
p apud sepe usi st duabz excib medys
lris subtractis Inde aut alie lre i locu
aliaz lraz rite ponut b 2 p lris quedaz
cognato e 2 pbuxo dicam pxrmum c 2 g
quedam cognatom hnt Nam cu dicam ce
tu 2 tretem ptca dicam qdrigetos g pon
tes p c 2 q similiti cognato e Nam hnt
p c cumpss p q scribim cu ppsito p c scbe
da e si aut adiubiu fuit p q dicim cum
qum lego Deus p e solam decimo p dypto
gum e notandus Equus qy e aial p e sola
scbend equus qy e iustis p ae dyptogum
Expul d quasi ex solum exultat melius
sine s lra scribit Nam cu ipa x ex c 2 s
cstat quo cu i ea sit rursus ei additur
alia Cepo p dyptogum scbendu e qr aliq
e nome scm forsitan p y scbendu i sine
qr integrl cuio e forte tandem Fedus qy
e de formis p e solam scbendu Fedus qy e
pactu cu p e dyptogum Formosus sine n
scribit qr a forma wcat Chatus qy e filius
p t scbendum e qr facit genit h q aspiracois

lra e a lra tn walibz inugit ut hor homo
humus Aspirat aut 2 csonatibz si i grecis 2
hebreis nominibz Heus aut 2 heu interiectoes
p h scbende st J liram int duas wales
csituta bis quidam scbi existimabunt
ut interdia 2 i alia si ss ro no pmittit
Nunquam n tres wales i una silla scbun
si i lra int duas wales cstituta pdupliea
ad pnome ncut gnus p d scbit alico qy
e ab ea id qr facit idem si si vbum e ime
ppone p t notabit abco qy e eo is it qr
facit itur K liram antiq ponebat quaes
a seqbat ut Kaput Kanna Kalam nuc
aut Karthago 2 Kalede pcandez tm scbun
Duna aut gra nom cfluxz seqte vo
cali p k st scbenda Letus p dyptogum
scbit qr letitia a latitudie wcata e cui
gria e cstra que angustia facit l aut
lra intdum p d lra vtim ut latu p datu
2 talamitate p calamitate accidedo n supp
sit nome talamitas Maxim au maxi
2 siqua st simulia qlit scbi debeant cstitu
e Varro tdit cesare p i am mor sonac
solitu e 2 scbe Inde ppt auctoritate tati
iuri csuetudine factu ut maximus opti
mus pessimus scbat Malo p una l scbedu
qr mgs vele malle p duas l qr e mgs vel
le Nolo quoqz p una l nolle p duas
Nolo n e nolo nollo n velle Ossi auc
tu aut ossu significat p o solaz scbendu
e si ppua h ppoeudu e Orafimu p o
hora dicas p h scbenda Omus si d oue
venit p o solam si de hone p aspiracom
ppsito 2 ptea p dyptogu scbeda st pene
vo qy e quicto p e pena vo qy e supplicia
p ae q lra tnt rte ponit cu illa statim
n lra seqnt 2 aliq cbz una plures vo
wales iugunt ita ut una silla fiat ceta

per q scribuntur. Quae praepositione cum aspiratur q
coniuncto praeponitur a. Quid per d litteram scribitur cum
pronomen, per t cum verbum tertiae personae posito prima est
quo quis quit et in compositione nequid. Quod
cum pronomen est per d scribendum est, cum numerus per t
quot totidem per t scribendum est. Quotidie per q
scribendum est non per c ut sit quot diebus. vel kalendas
quinquesimam? litteram Itaque apud antiquos haec
labos arbos nunc autem labor arbor et hae similia
per r sibi aspiratur quia integrae? quis sanus? paritur
per s et d quae apud antiquos quidam dicebat
nos finales duas litteras abscidimus. Tantum
sicut et consul in medio in scribebat tam n et d quam
diu et quintatas? Dixi in reticto cum a scribendum ne
quidem quinto pme a xpus quod grecum est per x scribendum ita
xristina y et z litteris sola graeca scribuntur. Nam cum
iustitia sonum z littere exprimat tamen quod latinum
est per t scribendum sicut malicia militia nequitia
et cetera similia. Iudaeorum quoque verbis consuetudo
veterum erat ut cum eadem littera alium intellectum
correpta alium producta haberet longe sillabe apicem
apponebant ut puta populus arborem significaret
aut multitudinem apice distinguebatur. Sic et
ubi littere consonantes geminabantur sicilicum super
ponebant ut cella serra asseret veteres non
duplicabant litteras sed supra sicilicum supponebant
qua nota admonebatur lector geminandam esse litteram.

De analogia xxviii capitulum

Analogia grece latine similium comparatio sive
proportio nominatur. Cuius haec vis est ut quod du-
bium est ad aliquid simile quod non est dubium referatur
et incerta certis probentur. Octo autem modis comparatio
analogie colligitur, id est qualitate comparatione genere
numero figura casu extremitatibus similium sillabarum
et similitudine temporum. Si quid de his unum defuerit
et similitudo non est analogia id est similitudo sed est anama-
lia non est analogia, id est similitudo non est anoma-
la id est extra regulam ut lepus et lupus totum conve-
nit sed dissentiunt casu facit enim lupi leporis.
Nam regularis dum quaeris utrum trames mas-

culinum sit an femininum similis est in omni declinatione
limes et est masculinum. Item in comparatione positivo
ut si dicas doctus magnus positiva sunt et simi-
lis est et per diminutionem ut puta funiculus
masculinum esse similitudo ostendit sicut mar-
mor nevus? genus esse masculinum indicatur. Nam
per genus est in principalitate ad plus in diminutione
per genus... est hoc non ... ut pistrinum pistrilla sic quod scire de-
bemus ex positione declinationem et diminutione generis
colligere.

De ethymologia xxix capitulum

Ethymologia est origo vocabulorum cum vis
verbi vel nominis per interpretationem colligitur.
Hanc aristoteles simbolum cicero annotationem no-
minavit quod verba et nomina rerum nota facit ex-
emplo posito ut puta flumen quod fluendo crevit
a fluendo dictum. Cuius cognitio saepe usum necessa-
rium habet in interpretatione sua. Nam dum videris unde
ortum est nomen citius eius vim intelligis. Omnis
enim rei inspectio ethymologia cognita planior
est. Non autem omnia nomina a veteribus secundum na-
turam imposita sunt sed quaedam secundum placitum
sicut et nos servis et possessionibus interdum secundum
quod placet voluntati nostrae nomina damus. Hinc
est quod omnium nominum ethimologie non reperiuntur
quia quaedam non secundum qualitatem genita sunt sed
quaedam iuxta arbitrium humanae voluntatis vocabula acce-
perunt. Sunt autem ethymologie nominum aut ex causa
data ut reges a recte regendo aut ex origine
ut homo quia sit de humo aut ex contrariis ut
a lavando lotus dum lutum non sit mundum et ut
lucus quia umbra opacus parum luceat et
ut quedam causa sunt ex nominum derivatione ut
a prudentia prudens quedam autem ex vocibus ut
a garrulitate garrulus quedam ex greca ethy-
mologia orta et declinata sunt in latina ut sil-
va domus. Alia quoque ex nominibus locorum urbium
vel fluminum traxerunt vocabula. Multa etiam
et diversarum gentium sermone vocantur unde et origo
eorum vix cernitur. Sunt enim plerique nomina in

cognita grecis et latinis etc.

Incipit capitulum de glosis xv

Glosa grecam interpretacione lingwe sortitur nomen. Hanc philosophi adverbium dicunt quia vocem illam de cuius requiritur uno et singulari verbo designat. Quid enim illud sit in uno verbo positum declarat ut conticescere est tacere. Item latus hamatum aptum hamatum i. peritum. Iste ergo terminum diximus sive aut populatas incipiam esse vastatas et omnino cuius rei verbum uno verbo manifestatur.

De differentiis xvi capitulum

Differencia est species diffinicionis quam scriptores artium de eodem et de alio nominant. Hec enim duo quadam inter se comunione confusa discreta Secernuntur per quam quid sit utrumque cognoscitur ut cum queritur quid inter regem et tyrannum sit adiecta differencia quid uterque sit diffinitur ut rex modestus et temperatus tyrannus vero crudelis. Inter duo enim differencia cum ponitur quid sit utrumque cognoscitur etc.

Sequitur de barbarismo xvii capitulum

Barbarismus est verbum corrupta littera vel sono enunciatum littera ut floriet dum florebit dicere oporteat, sono si pro media sillaba prima producatur ut latebre tenebre. Appellatus autem barbarismus a barbaris gentibus dum latine orationis integritatem nesciret. Una quaque enim gens facta romanorum cum opibus suis vicia quoque et verborum et morum romam transmisit. Inter barbarismum autem et barbarolexim hoc interest quod barbarismus in verbo latino fit dum corrumpitur. Quando autem barbara verba latinis eloquiis inseruntur barbarolexis dicitur. Item quando in prosa vicium fit barbarismus vocatur quando in metro metaplasmus dicitur. Barbarismus autem fit scripto et pronunciatione. Scripto quatuor modis si quis in verbo literam vel sillabam adiciat mutet transmutet vel minuat. Pronunciacione fit in temporibus tonis aspiracionibus et reliquis que secuntur.

Per tempora quippe fit barbarismus si pro longa sillaba brevis ponatur aut pro brevi longa. Per tonos si accentus in alia commutetur. Per aspiraciones si addatur h litera ubi non debet aut detrahatur ubi esse oportet. Per hyatum quociens in pronunciacione scanditur versus antequam finiatur sive quociens vocalem sequitur vocalis ut muse acuides. Fit barbarismus et per metacismos iotacismos et labdacismos. Metacismus est quociens m vocalis sequitur ut bonum aurum iustum amicum. Sed hoc vicium aut suspendenda m litera aut detractione vitatur. Iotacismus est quociens in iota litera duplicatur sonus ut troya et maia. Ubi eam literis adeo exilis pronunciatio ut unum iota non duo sonare videantur. Labdacismus est si pro una l duo pronuncientur ut afri faciunt sicud colloquium pro conloquium vel quociens unam l exilius duo largius proferimus. Quod contra est. Nam unum largius duo exilius proferre debemus. Collisio est quociens novissime sillabe finis in alterius principio est ut matertera et cetera.

Sequitur de soloecismo xviii capitulum

Soloecismus est plurimorum verborum inter se inconveniens composicio sicud barbarismus unius verbi corrupcio. Verba enim non recta lege iuncta soloecismus est ut si quis dicat inter nobis pro inter nos aut date veniam sceleratorum pro sceleratis. Dictus autem soloecismus a cilicibus qui ex urbe Solo que nunc Pompeiopolis appellatur profecti cum apud alios commorantes suam et illorum linguam vitiose inconsequenterque confunderent soloecismo nomen dederunt. Unde et similiter loquentes soloecismos facere dicuntur. Soloecismus autem apud poetas scema vocatur quociens in versu

necessitate met' fac̄s t venit' Cu aut no
i venit' necessitas p manet solecismi ꝯ
pa Solecism' fit duob' mod' ꝗ' ꝑ partes
oronis aut ꝑ accidencia P partes oro-
nis fit si altam ptem p alta ponam'
ut puta s ꝑposicones adu'bijs applica'
Per accidencia fit i ut pea q̄ accidunt
ptib' oronis ut puta ꝑ q̄litates gn̄a
n̄uos figās z casus Ista igi' ōnia
sunt solecismi sicud donat' exposuit
ꝯfiunt ptea z plurib' mod' ꝗ nam liualit'
cetum gn̄a solecismor' dixit quos oēs
vitāe potius q̄m sequi deb' qui r'glat
rte loquendi studet ꝝ

Sequitur de ceteris vicijs xix c'

v Icia apud gr̄maticos illa dicunt' q̄
i eloquio caue dem' Sunt aute
hec Barbarism' Solecism' Acirolo-
gia Katemphaton z reliqua Barbaris-
m' ē corrupto v'bi vnius Solecism'
ꝯposito viciosa v'bor' Acirologia ē no
ꝑꝑa dco ut liceat ꝑꝑare timeri Ꝑsump
aut ē formidāe timeri no ꝑꝑare z
ꝯtinuco i capo ꝯꝑꝑu ē ꝯtinuosū dicē
capu no ꝯtinuū Catemphato dco
obscena ut i ꝯposita Obscena ut hijs
aiuy arrige dās q' ē genitalia mebꝰ
viuy dedit amb' In ꝯposita ut inmat
ire z dorma cast' vidē Mala em sunt
ꝯposita abca fc̄la inmap̄e qua supior
finierat Sz z si alio quob' mō i ꝯpo-
sita dco ꝯfiat' catemphaton d' Pleo-
nasm' adiecto vni' v'bi supuacua ut
harteu' amor' cultus ut sydera celi
Nec em alibi n̄ i celo st' sydera Pis-
sologia adiecto plurimor' v'bor' fruacua
ut viuat z no moriat' ruben du non
puet aliud viuē q̄m no mori Macrologia
ē longeloquium res no necessarias ꝯplectēs
ut legati no impetrata pace retro vn̄ venāt
domu reu'si sūt Tantalogia idem loqu-
ut si fatamirū sequat' sequat' si uesp̄t aūa
ethea neqz ad h' celib' occubat umbris
Totu n̄ q' r'putz vna res ē si crebꝰ sitūe
annciata Eclipsis ē defectus dcois in quo
necessaria v'ba desunt ut cui pharetrā ex
auro de ē cui cāt Tapinosis ē humilitas
statu r'i magne dcois infirmās ut appent
vari nātes i gurgite vasto Surgitem
posuit ꝑmai Katosinthetoy ē viciosa ꝯpo-
sito vcās ꝗ iuuctum fatigam' terga
hasta Amphibologia ambigua dco que
fit aut ꝑ casu accum ut aliud rnsu apollis
adpirru solio te eacida romaos vince pos-
se inquo no ē cēi que i ipo mōstrucit
ea victore ꝯfit z ꝑ iccam distictone ut
bellu i genus galt italia Incta distīcto v'e
bellu ingēs ain i genus italia ꝯfit z ꝑ que
v'bu ut deputat' cato calumpniat' cicero n̄
ondit' i hac ambiguitate v'e ipi alios
an alij ipos deputa s' aut calumpniati
ꝯfit z pomonia q̄m vno nomie multa sig-
nificat' ut acies z no addas aut ferri aut
oculorum aut militum

De metaplasmus xx capi'

m Etaplasm' grā ligua latina transformō
d' que fit i vno v'bo ꝑpt' met' necessita-
tem z liccīam poetar' Em' spēs istest' P
thesis apposicio i pincipio ut gnato pnato
Epenthesis apposicio i medio ut relliqas
p reliquias Paragoge apposicio i fine ut
magis pmagi ut fit ntē Aphereсis abstracio
de pncipio ut tepno pcontepno Sincope abstracio

de medio ut forsitan forsitan Apocope abscisio de fine ut sit pro sitis. Ectasis productio contra naturam ut italiam fato profugus. Sistole correptio contra naturam ut aquosus orion cum orion producere dici debeat. Dieresis discissio unius sillabe in duas ut aulai longum. Episinalipha conglutinatio duarum sillabarum in unam ut Phetonta pro Phaetonta. Sinalipha collisio vocalium admixta vocalibus ut atque ea diversa penitus et reliqua. Eclipsis collisio consonantium cum vocalibus ut multum ille et terris iactatus et alto. Antitesis contraria positio littere pro alia littera ut olli pro illi. Metathesis pro transpositio littere ut evandre pro evander. Inter barbarismum et barbarolexim hoc est latina et peregrinarum locutionum metaplasmum ea dicunt qui in uno sermone fit vitiose viciosus. Item inter soloecismum et schema in peregrinarum quoque sermonum figura est que fit contextu sermonum vitiosa. Ergo metaplasmi et schemata media sunt et discernuntur peritia et imperitia fiunt autem adornatum.

Sequitur de scematibus xxxi capitulum

Scemata ex greco in latinum eloquium figure interpretantur que fiunt in verbis vel sententiis per varias dictionum formas propter eloquii ornamentum. Hec dum multa sint apud grammaticos ista inveniuntur. Prolepsis est presumptio ubi ea que sequi debent ante ponuntur ut interea reges ingenti mole latinus. Debuit enim dicere sic Interea reges ingenti mole et statim addere quia sequitur procedunt castris deinde dicere latinus et. Si ita est per ornamentum presumptio facta et qui sequi debuerunt reges impositi sunt in prepositis verbis et post ea additum est procedunt castris inde et presumptio quia anteposita sunt que sequi debuerunt. Zeuma est clausula cum plures sensus uno verbo clauduntur que fit tribus modis. Nam aut in primo aut in postremo aut in medio id verbum ponitur quod sententias iungit. In primo ut vicit euphorum fiducia feritas nobis. In medio gratia supplicio forti data gallia victe. In postremo Nam que sumptuosa obsequium amicos veritas odium parit. Ypozeusis est figura superiori contraria ubi in singulis sensibus propria verba clausula est ut regem adit et regi memorat nomenque genusque. Sillepsis est in dissimilibus clausulis aut pluralis dictio singulari verbo finita ut sociis et rege recepto aut singularis plurali verbo expleta ut sunt nobis mitia poma castanee molles et pressi copia lactis. Simpliciter enim sunt dicit hic debuit dicere et erat pressi copia lactis. Fit autem sillepsis non solum per partes orationis sed et per accidentia partium orationis. Nam ubi et pluralis unius et pro uno multi ponuntur sillepsis est. Pluralis unius ut est illud uterumque armato milite complent cum non unus sed multis militibus. Item pro uno multi ut in euangelio latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ubi pro uno utrique dicitur blasphemasse. Anadiplosis est cum ab eodem verbo quo prior versus finitur sequens versus incipit ut est illud certent et cygnis ululae sit tityrus orpheus Orpheus in silvis inter delphinas arion. Anaphora est repetitio eiusdem verbi per principia versuum plurimorum ut nos te dardania incensa tuaque arma secuti nos tumidum sub te permensi classibus equor. Epanafora est in uno versu principia versuum eiusdem verbi repetitio ut te nemus anguitie vitrea te fucinus unda te liquidi flevere lacus. Ipse te tityre pinus ipsi te fontes ipsa hec arbusta vocabant. Epizeusis est in uno sensu geminatio verbi ut sic sic iuvat ire sub umbras. Epanalepsis est sermonis in principio versus eiusdem repetitio in fine ut est illud crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Paranomasia est in significatione

dimissa decem perire ipsa abire et obire queunt
i. equalem fi an moi Scesisonomaton multi-
tudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulata
ut nubila nix grando procelle fulmina venti
Paromoeon est multitudo verborum vna exorta
inchoantium quale est apud Ennium O tite tute
tate t[ibi] tanta tyranne tulisti Sed hoc sc[ema] reperit
Virgilius dum non toto versu utitur hac figura ut
Ennius sed inter in principio versus tum ut est illud
Saeva sedens super arma inter in medio ut
generis latus late liquidos neque aspera dumis
inter in fine ut sola mihi casus tales cas-
sandra canebat Homoeoptoton est cum plu-
rima nomina per unum casum desinunt ut est
sed neque currentem sed nec cognoscit euntem tollen-
tem que manum saxumque in manu mouentem
Homoeoteleuton est cum uno modo verba plu-
rima finiuntur ut abiit abcessit euasit e-
rupit Polyptoton est diuersis casibus sententia
variatur ut ex mitichelo inchoatu ad medietatem nil
posse ducere et mare dant pape marco
clamare vincerat Marcus dixit ita esse
assigna marce tabellas Hyrmos est sententia
continuata ordinis tenore suum usque ad ultimum
seruans ut est in medium longo latus insula portu
et reliqua Hyrmos autem in longum vadit sensus
usque ad illud desuper horrentique atrum nemus immi-
net umbra Polysyntheton est dictio multis
continuata coniunctionibus ut tectumque laremque armaque
amiclemque canemque Dyaliton vel asyndeton
est figura que contra superiorem coniunctionibus
soluta est simpliciter effertur ut venimus vi-
dimus placuit Antitheton est ubi contraria con-
trariis opponuntur et faciunt pulchritudinem ora-
tionis ut illud frigida pugnabant calidis humen-
tia siccis mollia cum duris sine pondere habentia
pondus Hypallage est quotiens per contrarium verba
intelliguntur ut dare classibus austros cum ventis

nauem demus non nauibus ventos etc.

Sequitur de tropis xxvii capitulum

Tropos grece dictio translata vocatur qui latine
modi locutionum interpretantur. Fiunt autem a pro-
pria significatione ad non propriam similitudinem quorum omnium
nomina difficilimum est annotare Sed ex omnibus
donatus xiii vsui tradenda conscripsit Metapho-
ra est verborum alienorum vsurpata translatio sicut dicimus
fluctuare segetes gemmare vites dum
in segetibus fluctus et gemmas non inveniamus
in quibus hec verba aliunde transferuntur Sed hec
atque alie tropice locutiones ad ea que intellige-
da sunt propria figuratis amictibus contegunt ut
sensum legentis exerceant et non nuda atque in
propatulo posita vilescant. Fiunt autem metaphore
quatuor modis ab animali ad animale ut a-
ligeros conscendit equos metaphorice loquens
misit quadrupedi alas auis et quos cursu
deserta petiuerit misit volatile cursum quadru-
pedis Ab animali ad inanimale ut pontum pinus
arat sulcum premit alta carina misit vo-
cem terre aquis dum contrahe et sulcum premere ad terram
pertineat non ad mare Ab inanimali ad in-
animale ut florida iuuentus misit flores
in animales iuuentam que animam sed ab animali
ad inanimale ut tu neptune pater cui tempora
cana crepant cincta salso resonant magnus cui
perpete mento profluit oceanus et flumina crinibus er-
rant Neptuni enim tempora et crines non adnotat
sunt proueniunt sed [illegible] homines Sed et alia rerum
nomina de alio genere in aliud genus decoris
decoris gratia transferunt ut oro pro ornet Aqe
caspia aut aut partes vini est ut fluctuare
segetes non possis dicere segetare fluctus aut
Antisophia est in inpropria ut remigia alarum
Nam et ale nauium et alarum remigia dicuntur
Catacresis est aliene rei nomine appositum et co

amethaphora differt quia illa vocabulum sumit largitur
hec autem non habet proprium alieno utitur ut fauces
simillima lacrimis et cetera nunc una amite
metis quas ferunt frontibus et longa fulcit vadi
falsa Barina dum facies et frons tua cla-
ra et nomen sit quod nomine sic precata nam non
apposuisset quod proprium eidem puella diceret non
haberet. Metalempsis est tropus a precedenti indi-
cans quod sequitur ut que manus carte nodosa
venit arido Scam pro manum vela pro harundi-
dine hec significatione posuit. Metonomia transno-
minatio ab alia significatione ad aliam proximitate
translata. Fit autem multis modis aut enim per id
quod continet id quod continetur ostendit ut theatrum pla-
udunt precata mugiunt dum illic homines plau-
dant sic boves mugiant aut contra per id quod continetur
ut iam proximus ardet Ucalegon dum non ille
sed domus eius ardet. Item per inventorem id quod
inventum est ut sine cerere et libero friget venus
et quinta vulcanus mittit ad astra favilla.
Voluit enim per cererem frumenta et venerem intelligere
panem per liberum inventorem vini vinum per ve-
nerem libidinem per vulcanum ignem. Et contra
per inventum inventorem demonstratur ut vinum pre-
mere pro libero qui vinum apud grecos invenit. Item
per efficientem id quod efficitur sicud pigrum frigus
quod pigros homines faciat et timor pallidus
eo quod pallidos homines reddat. Et contra per id quod
efficitur efficientem ut iungit equos auriga genitor
spumantia quasi addit frena feris. Spumantia
frena dixit cum utique ipsa non faciant spumas
sed equus quia ea gerit spumis aspersa in fusis
Antonomasia est pronominatio id est vice nominis posita
ut in alia genitus pelidis que tropus modis fit
istis ab avo magnanimus quasi anchisiades a corpore
ut ipse ardentis exiguus ut infelix puer
atque impar congressus achilli. Epitheton super nominatio

pronunciatur cum proprio nomine ut alma tres obstetricantes
tantes in portume quas volucres. Convenit antonoma-
siam autem et epitheton hoc differt quia antonomasia
pro vice nominis ponitur epitheton autem numquam est
sine nomine. Convenit duobus tropis ut vitu-
peramus aliquem vel ornamus vel laudamus. Sy-
nedoche est conceptio cum a parte totum vel a toto pars
intelligitur. Eo enim et pro specie genus et pro genere
species demonstratur. Sed species pars est genus autem
totum. A toto enim pars intelligitur ut quam multe glo-
merantur aves ubi frigidus annus trans pontum
fugat. Non enim totus annus est frigidus
sed pars anni id est hiemps. Vel e converso a parte totum
ut flammas cum regia puppis extulerat. Non
solum puppis sed navis sed qui in ea et non
omnes sed unus flammas extulit. Onoma-
topeya est nomen confictum ad imitandum sonum
vocis confuse ut stridor valvarum hinnitus
equorum mugitus boum balatus ovium. Perifrasis
est circumloquium dum una res pluribus verbis
significatur ut aurem vitales carpit. Sig-
nificavit enim per copulationem verborum unam rem
hoc est vivit. Hic autem tropus geminus est.
Nam aut veritatem splendide producit aut
feditatem circuitu evitat. Veritatem splendidam
producit sicud et iam prima novo spargebat lumine
terras Titoni croceum linquens Aurora cu-
bile. Voluit enim dicere iam lucescebat et dies
ortus erat. Feditatem autem circuitu evitat
sicud placidumque petivit coniugis infusus gre-
mio. Hic enim circuitu evitat obscenitatem
et decenter ostendit concubitum. Yperbaton transcensio
cum verbum aut sententia ordine mutatur. Huius species
quinque sunt anastrophe ysteron proteron parenthesis
themesis sinthesis. Anastrophe verborum ordo
prepostereus ut litora circum pro circum litora. Ysteron
proteron sententia ordine mutata ut postquam
altos tetigit fluctus et ad equora venit

Prius enim ad equora venit et sic tetigit fluc-
tus. Parenthesis ubi interponimus sententiam nostram
qua exempta in oratione integer sensus perdurat
ut at pater eneas neque enim prius consistere
mentem passus amor rapidum ad naves premit-
tit achaten ascanium. Nam illud in medio parenthesis
est. Themesis est sectio unius nominis interposi-
tione verborum ut inter nebula caudea fundit
circum ubi verborum est ubi extremum parte confusa sunt verba
Synthesis est ubi extremum parte confusa sunt verba
ut illud iuvenes fortissima frustra pectora si vobis
audentem certa cupido est certa que sit rebus
fortuna videtis excessere adiectis omnes arisque
fortuna videtis excessere ... hoc steterat succur-
relictis dii quibus imperium hoc steterat succur-
ritis urbi incense moriamur et in media ar-
ma ruamus. Ordo talis est iuvenes fortis-
sima pectora frustra succurritis urbi incense
quia excesserunt dii quibus imperium hoc steterat.
Unde si vobis cupido certa est me sequi audentem
extrema ruamus in media arma et moriamur.
Yperbole est excelsitas excedens fidem quam credit
est ut fidem veritatis videtis et iram in alterius
apud. Hec enim ultra fidem modo aliquid augetur
nec tamen a limite significande veritatis erratur quam-
vis quibus significatur verba excedat ut voluntas
non fallentis appareat et tropo non solum augen-
di minuendi aliquid augetur ut velocius minu-
it mollior pluma durior saxo. Allegori-
a est alieniloquium aliud enim sonat et aliud in-
telligitur ut tres litore cervos conspicit errantes
ubi tres duces belli punici vel tria bella pu-
nica significantur et in bucolicis aurea mala decem
misi et cras altera mittam id est ad augustum decem
eglogas pastorum. Huius tropi multe sunt species
ex quibus eminent septem yronia antifrasis
enigma carientismos paroemia sarcasmos
astismos. Yronia est sententia per pronunciationem
contrarium habens intellectum. Hoc enim tropo callide

aut per accusacionem aut per insultacionem aliquid
dicitur ut est illud mirabar cur domos illa se iactat
in aula eolus et claustro ventorum carcere regnet et
quo aula sit carcer est. Solvitur enim pronunciatione
nam carcere pronunciatio est iactet in aula yronia
est. Totum per contrariam enunciacionem annunciatur per-
ronice perficiens que laudando deridet. Antifra-
sis est unius verbi intellectus ut lucus quia
caret luce per nimia nemoris umbram et ma-
nes id est mites et modesti cum sint terribiles et
immanes et parce et eumenides furie quod nulli
parcant vel benefaciant. Hoc tropo et nigra achita-
tes et ceca videntes et vulgo ethiopes argentei
appellantur. Inter yroniam autem et antifrasim
hoc distat quod yronia pronunciatione sola indicat
quod intelligi vult sicut cum dicimus homini agenti
male bonum est quod facis. Antifrasis vero non
voce pronunciantis significat contrarium sed suo tantum
verbis quorum origo contraria est. Enigma est questio
obscura que difficile intelligitur nisi aperiatur
ut est illud Mater me genuit eadem mox gignitur ex me.
Fortis dulcedo significatur que de leonis
ore egressa est et dulcedo significatur que leonis
fortis ... Inter allegoriam autem et enig-
ma hoc interest quod allegorie vis gemina est
et sub re alia aliud figuraliter indicat. Enig-
ma vero est tantum sensus obscurus et per quasdam yma-
gines obumbratus. Carientismos est tropos
quo dura dictu gratius proferuntur veluti cum
interrogantibus nobis numquid nos quesierit aliquis
respondetur bona fortuna unde intelligitur neminem
nos quesisse. Paroemia est verbis et temporibus
accommodatum proverbium velut ut contra stimulum
calcitres dum significatur adversis resistendum
temporibus et fabula dicitur cum rustica vocem
homines perdere si eum lupus prior viderit unde
et subito tacenti dicitur istud proverbium lupus in fabula

Sarcasmos est hostilis irrisio cum amaritudine reperies quod hec et iactus ... gemitus ... nunc ipsa ... neptolomum narrare memento. Hinc contrarius est antismos virtutis sine iracundia ut illud: Qui Bavium non odit amet tua carmina Mevi atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos, id est qui Bavium non odit poena ei contingat ut diligat Mevium. Fuerunt autem Bavius et Mevius inimici Virgilii poete pessimi. Cum ergo istos diligit, faciat quod contra naturam est, iungat vulpes et mulgeat hircos. Homoeosis est que interpretatur similitudo per quam minus note rei per similitudinem eius que magis nota est panditur demonstratio. Huius species sunt tres: icon, parabole, paradigma, id est ymago, comparatio, exemplum. Icon est cum figuram rei ex simili genere conamur exprimere, ut omnia Mercurio similis vocemque coloremque et crines flavos et membra iuventa decora. Comparatio est similitudo de specie cuius similitudo inducitur. Parabole est comparatio ex dissimilibus rebus, ut: Qualis in arvis estiferis libies viso leo cominus hoste subsedit. Ubi leoni Cesarem comparavit non ex suo genere sed ex alio similitudinem faciens. Paradigma vero est exemplum dicti vel facti alicuius aut ex simili aut ex dissimili genere conveniens eius quam proponimus rei: ita tam fortiter periit apud Numantiam Scipio quam Utice Cato. Similitudo autem tribus modis fit: a pari, a maiori, a minori. A pari sicut est: velut magno in populo cum sepe coorta est seditio. A maiori ad minus qualiter expressum ventis per nubila fulmen. A minori ad maius: si potuit manes accersere coniugis Orpheus, Threicia fretus cythara fidibusque canoris, quasi diceret rem parvam et brevem, id est si ille fretus cythara, ego pietate. Sequitur de prosa xxxviii capitulum

p Prosa est producta oratio et a lege metri soluta. Prosum enim antiqui productum dicebant et rectum. Unde ait Varro apud Plautum prorsus ... significare rectis. Unde et que non est perflexa numero sed recta prosa oratio dicitur in rectum producendo. Alii prosam aiunt dictam eo quod sit profusa vel ab eo quod spatiosius proruat et excurrat nullo sibi termino prefinito. Preterea tam apud Grecos quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum quam prose. Omnia enim prius versibus condebantur, prose autem studium sero viguit. Primus autem apud Grecos Pherecides Syrus soluta oratione scripsit, apud Romanos autem Appius Cecus adversus Pirrum solutam orationem primus exercuit. Iam exhinc et ceteri prose eloquentiam condiderunt.

De metris capitulum xxxix

m Metra vocata quia certis pedum mensuris atque spaciis terminantur neque ultra dimensionem temporis constitutam procedunt. Mensura enim grece metron dicitur. Versus dicti ab eo quod pedibus in ordine suo dispositi certo fine moderantur per articulos qui cesa et membra nominantur. Qui ne longius provolverentur quam iudicium posset sustinere, modum statuit ratio unde reverteretur, et ab ipso versu vocatus quod revertitur. Huic adheret rithmus qui non est certo fine moderatus sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit, qui Latine nichil aliud quam numerus dicitur, de quo illud: numeros memini si verba tenerem. Carmen vocatur quicquid pedibus continetur, cui datum nomen existimant seu quod carptim pronunciaretur, unde hodie lanam quam purgantes discerpunt carminare dicimus, seu quod qui illa canerent carere mente existimabantur. Metra vero vel a pedibus nuncupata vel a rebus quas scribunt vel ab inventoribus vel a frequentatoribus vel a numero sillabarum. A pedibus metra vocata ut dactilica, iambica, trochaica, ...

cum tetrametrum metrum nascitur a dactilo dactilicum
sit et alia a suis pedibus secundum numerum aut ut exame-
tri pentametri trimetri. Nam senarios versus
nos ex numero pedum vocamus, hos Greci quia geminos
feriunt trimetros dicunt. Exametros autem Lati-
nos primum fecisse Ennius creditur, eos quoque longos
vocant. Ab inventoribus metra appellata dicuntur
ut anacreonticum saphicum archilogicum. Nam
anacreontica metra Anacreon composuit, saphica
Sappho mulier edidit, archilogica Archilogus scrip-
sit, colophonium quidem scripsit colophonios,
Sotadeos quoque inventor est Sotades Grecus cre-
tensis. Symonidia quoque metra Symonides
poeta liricus composuit. Asclepiadeis autem
ut asclepiada non enim ea Asclepius invenit
sed inde ita vocata quia eius elegantissime et
scripsisse versus est. Alia que sequuntur ut hero-
icum elegiacum bucolicum. Heroicum enim carmen
dictum quia eo virorum fortium res et facta narrantur.
Nam heroes appellantur viri quasi aerei et
celo digni propter sapientiam et fortitudinem. Quod me-
trum auctoritate cetera precedit, unum ex omnibus
tam maioris operibus aptum quam parvis, suavitatis
et dulcedinis eque capax est. Quibus virtutibus nomen
solum obtinuit ut heroicum vocaretur ad memo-
randas scilicet heroycas res. Nam et pedibus simplicis-
simum constat duobus pedibus dactilo
et spondeo et sepe pene ut ex alt. ut totus ex
quo gravissimum sit utrumque mixtura. Quanto si inst-
et a singulis similiter quoque metrum prius est.
Hoc primum Moyses in cantico deuteronomii longe
ante Ferecidem et Omerum cecinisse probatur. Unde
apparet antiquius fuisse apud Hebreos stu-
dium carminum quam apud gentiles. Siquidem
et Iob Moysi temporibus adequatus exametro
versu dactilo spondeoque decurrit. Hoc apud
Grecos Achates Milesius fertur primus composuisse
vel ut alii putant Ferecides Syrus. Quod metrum

ante Homerum Pithium dictum est, post Homerum heroi-
cum nominatum. Pithium autem dictum eo quod hoc genere me-
tri oracula Apollinis sint edita. Nam cum
in Parnaso monte Phitonem serpentem in vindictam ma-
tris sagittis insequeretur accole Delphici hoc illum
metro hortati sunt dicentes ut ait Terentianus.
Elegiacum autem dictum est eo quod modulatio eius-
dem carminis conveniat miseris. Terentianus hoc
elegos dicere solitus quod clausula talis tristibus ut-
videtur aptior esse modus. Hoc autem vix constat cui-
us a quo sit inventum nisi quod apud nos Ennius
eo prior usus est. Nam apud eos sic adhuc
lis grammaticorum pendet ut sub iudice lis legatur
sit. Nam quidam eorum Colophonium quendam
quidam Archilogum auctorem atque inventorem
volunt. Bucolicum autem id est pastorale carmen plerique
quidem Siracusis primum compositum a pastoribus opinantur,
nonnulli Lacedemone. Nam Xerse transeunte Traciam
Xerse rege Persarum cum Spartane virgines solenni
metu neque egredi urbem neque pompam solemnem
agrestem quoque Dyane de more celebrarent, turba pastorum
ne religio preteriretur eandem inconditis cantibus cele-
braverunt. Appellatur autem bucolicon a maiori
parte quamvis opilionum caprariorum quoque sermones in
his carmina inserantur. Ymnos primus David
propheta in laudem Dei composuisse ac cecinisse
manifestum est. Deinde apud gentiles primum in
Agnotie (?) fecit in Apollinem et musas sunt
qui in logo post David ymni autem ex greco
in latinum laudes interpretantur. Epithalamia sunt
carmina nubentium que decantantur a scolasticis
in honore sponsi et sponse. Hec primum Salomon
edidit in laudem Christi et ecclesie, ex quo gentiles
sibi epythalamium vendicarunt et istius generis car-
men assumptum est quod genus agebatur primum in sce-
nis celebrabatur preca tum in nuptiis (?) hoc vo-
catum autem epithalamium eo quod in thalamis de-

tantur. Threnus quod latine lamentum vocamus primus
versu composuit Ieremias super urbem Ierusalem et populum
cum captivus duceretur. Post hunc apud grecos
poeta Symonides liricus. Adhibebantur autem fu-
neribus et lamentis. Similiter et nunc. Epytaphium
grece latine super tumulum. Est enim titulus mortu-
orum qui in dormitione eorum fit qui iam defuncti
sunt. Scribitur enim ibi vita mores et etas eorum. Po-
esis dicitur opus multorum librorum greco vocabulo poema
unius. Idelion paucorum versuum. Distichon duorum.
Monostichon unius. Epygramma est tytulus quod in
latinum superscriptio interpretatur. Epy enim super, gra-
mma littera ut superscriptio dicitur. Epodon in poemate cla-
usula brevis est. Dictum autem epodon quod ad cinnatum
ad speciem elevata ubi premisso versu longiore alter
brevior componitur atque in singulis quibusque maio-
ribus sequentes minores quasi clausule recinunt.
Clausulas autem lirici appellant, qui prioris
versus integre subiectus ut est apud Oracium
Beatus ille qui procul negotiis, deinde sequitur
Paternus ut prisca gens mortalium. Sunt et diversis
aliis quibus aliquid prius dictum est et ipsi precedentes sunt
et minores. Centones apud gramaticos vocari
solent qui de carminibus Homeri seu Virgilii ad pro-
pria opera in ore centonario componuntur inde cen-
tones in unum parant. Denique Proba uxor Adelphi
centonem ex Virgilio de fabrica mundi et evangeliis
plenissime expressit materia composita secundum versus
et versibus secundum materiam concinnatis. Sic quoque et
quidam Pomponius ex eodem poeta inter cetera stili
sui ocia Tytirum in Christi honore composuit. Similiter et de E-
neidos 7

De fabulis xx v capitulo

Fabulas poete a fando nominaverunt quia
non sunt res facte sed tantum loquendo ficte que
ideo sunt inducte ut ficto mutorum animalium
inter se colloquio ymago quedam vite hominum
nosceretur. Has primus invenisse dicitur Alcmon
Crotoniensis appellanturque Esopice quia is apud

Frigias in hac re viguit. Sunt autem fabule
aut Ysopice aut Libistice. Ysopice sunt cum anima-
lia muta inter se sermocinasse finguntur vel que
animam non habent ut urbes arbores montes petre
flumina. Libistice autem dum hominum cum bestiis aut
bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium.
Fabulas poete quasdam delectandi causa finxerunt,
quasdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores
hominum interpretati sunt. Delectandi causa fictas
ut eas quas vulgo dicunt vel quales Plautus
et Terentius composuerunt. Ad naturam rerum fabulas
fingunt ut Wlcanus claudus quia per naturam
numquam rectus est ignis ut illa triformis bestia
prima leo postrema draco media ipsa Chimera
id est caprea. Etates hominum per eam volentes distin-
guere quarum ferox et horrens adolescentia prima
ut leo. Dimidium vite tempus lucidissimum ut ca-
prea eo quod acutissime videat. Tunc sequitur senectus casibus
inflexis draco. Sic et ypocentaurum fabulam esse
confictam id est hominem equo mixtum ad exprimendum
humane vite velocitatem quia equum constat esse
velocissimum. Ad mores ut apud Oracium mus
loquitur muri et mustela vulpecule ut per nar-
rationem fictam ad id quod agitur verax significatio
referatur. Unde et Esopicales sunt fabule ad
mores fine relate vel sicud in libro Iudicum
ligna sibi regem requirunt et loquuntur ad oleam
et ad ficum et ad vitem et ad rubum quod totum
utique ad mores fingitur ut ad rem que intenditur
ficta quidem ratione sed veraci significatione ve-
niatur. Sic et Demostenes orator fabula
usus est adversus Philippum qui cum ab Atheniensibus
sibi postularet ut sibi decem oratores daretur
et discederet finxit ille hanc fabulam qua
dissuaderet dicens lupos aliquando pastoribus
quorum diligentiam decipere voluissent suasisse
ut in amicitiam convenirent ea tamen conditione ut
si canes in quibus erat causa iniuriarum inter-

illi videntur amisisse pastores et in se saevitiam dedisse canes quos omni fera vigilantissimos custodes habebant. Tunc lupi adepta omni formidine omne quod in grege illis erat non protectum tum vim etiam pabulum lacerabant. Philippum quoque principes postulare quos facilius posset opprimere spoliatam custodibus urbem.

De vocabulo historie xxvi capitulo

Historia est narratio rei geste per quam ea que in preterito facta sunt dinoscuntur. Dicta autem grece historia apo tu historin id est a videre vel cognoscere. Apud veteres enim nemo conscribebat historiam nisi is qui interfuisset et ea que conscribenda essent vidisset. Melius enim oculis que fiunt deprehendimus quam que auditione colligimus. Que enim videntur sine mendacio proferuntur. Hec disciplina ad gramaticam pertinet quia quicquid dignum memoria est litteris mandatur.

De primis auctoribus historiarum

Historie autem ideo monumenta dicuntur eo quod memoriam tribuant gestarum rerum. Series autem dicta per translationem a sertis florum invicem comprehensarum. Historiam autem apud nos primus Moyses de initio mundi conscripsit. Apud gentiles vero primus Dares Frigius de grecis et troianis historiam edidit quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt. Post Daretem in grecia Herodotus historiam primus habetur. Post quem Ferecides claruit hiis temporibus quibus Esdras legem conscripsit.

De utilitatibus historiarum [illegible]

Historie gentium non impediunt legentibus in hiis que utilia dixerunt. Multi enim sapientes preterita hominum gesta ad institutionem presentium. Siquidem et per historiam summa retro temporum annorumque supputatio comprehenditur et per consulum regumque successum multa necessaria perscrutantur.

De generibus historiarum xxix capitulo

Genus historie triplex est. Ephemeris namque appellatur unius diei gestio. Hoc apud nos diarium vocatur. Nam quod latini diurnum greci ephemerida dicunt. Kalendaria appellantur que in singulos menses digeruntur. Annales sunt res singulorum annorum. Quecumque enim digna memoria domi militieque mari ac terra per annos in commentariis acta sunt ab anniversariis gestis annales nominaverunt. Historia autem multorum annorum vel temporum est cuius diligentia annui commentarii in libris delati sunt. Inter historiam autem et annales hoc interest quod historia est eorum temporum que vidimus, annales vero sunt eorum annorum quos etas nostra non novit. Unde Salustius ex historia, Livius Eusebius et Iheronimus ex annalibus et historia constant. Et inter historiam et argumentum et fabulam interesse. Nam historie sunt res vere que facte sunt; argumenta sunt que et si facta non sunt fieri tamen possunt; fabule vero sunt que nec facte sunt nec fieri possunt quia contra naturam sunt.

Explicit liber primus

Incipit capitulum libri secundi

tivis verborum xxi De figuris verborum
et sententiarum xxii De dyaletica xxiii De di-
fferentia dyaletice et rethorice artis xxiiii
De diffinicione philosophie xxv De ysagogis
porphirii xxvi De cathegoriis aristo-
tilis xxvii De periermeniis aristotilis
xxviii De formis sillogismorum x-
xix De modis sillogismorum ypotetico-
rum xxx De divisionibus diffinitionum x-
xxi De topicis xxxii De oppositis

Incipit liber secundus de rethorica capitulum primum

[R]ethorica est bene dicendi scientia in civili-
bus questionibus ad persuadendum iusta et
bona in civilibus propositis negocii
causa. Dicta autem rethorica greca ap-
pellatione apo tou rethorisin id est a copi-
a locutionis. Resis enim apud grecos locutio dicitur,
rethor orator. Coniuncta est autem arti gramatice
rethorica. In gramatica enim scientiam recte loquendi
discimus, in rethorica vero percipimus qualiter ea que
didicimus proferamus.

De inventoribus rethorice artis ii capitulum

[H]ec est autem disciplina a grecis inventa a gor-
gia aristotile ermagora et translata in latinum
a tullio scilicet et quintiliano et ticiano sed ita copiose
et ita varie ut eam lectori admirari in promptu
sit, comprehendere impossibile. Nam membranis re-
tentis quasi adherescit memorie series dictionis, ac
mox repositis recordatio omnis elabitur. Huius
discipline perfecta cognitio oratorem facit.

De nomine oratoris iii

[O]rator est igitur vir bonus dicendi peritus.
Vir bonus constat natura, moribus, vita, artibus.
Dicendi peritus constat artificiosa eloquentia, que
constat partibus quinque: inventione, dispositione, elocu-
tione, memoria, pronunciatione, et fine officii, quod
est persuadere. Ipsa autem peritia dicendi tribus
rebus constat: natura, doctrina, usu. Natura ingenio,
doctrina scientia, usu assiduitate. Hec sibi enim non
solum in oratore, sed in unoquoque artifice, ut a-
liquid efficiat, expectantur.

De tribus generibus causarum iiii

[G]enera causarum tria sunt: deliberativum, demonstrativum,
iudiciale. Deliberativum genus est in quo
de quibuslibet utilitatibus vite quid aut debeat
aut non debeat fieri tractatur. Demonstrativum in quo
laudabilis persona aut reprehensibilis ostenditur.
Iudiciale in quo de persone facto aut
pene aut premii sententia datur. Dictum autem iudicia-
le eo quod iudicet hominem et sententia sua ostendat
vel laudabilem premio dignum fieri aut reum
condempnari liberari vel supplicio. Deliberativum genus
vocatur eo quod de una qualibet re in eo deliberetur. Huius
generis duplex est suasio et dissuasio, id est de expe-
tendo et fugiendo, faciendo et non faciendo. Suasoria
in tribus modis dividitur: honesto, utili et pos-
sibili. Hec differt aliquid a deliberativa quod suasoria
scilicet alia persona deliberativa indiget et apud se
agit. In suasoria autem due sunt partes quia plus
valet spes et metus. Demonstrativum dicitur quod
unamquamque rem aut laudando aut vituperando de-
monstrat. Quod genus duas habet partes laudem et vitu-
perationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur:
ante ipsum, in ipso, post ipsum. Ante ipsum, qui te tam
leti tulerunt secula. In ipso ut: O sola infa-
ndos troie miserata labores. Post ipsum ut:
In freta dum fluvii current dum montibus umbre
lustrabunt semper honos nomenque tuum laudesque
manebunt. Pari ordine et contrario et in vitupera-
tione hominis servetur forma. Suadendi est ab honore
in homine pro homine. Locus quis ad demon-
strativum vituperationis genus pertinet quod in
alio aliquid differt. Nam vituperatio que contraria
est laudi specialiter in etiam facientis persona ad
subiecto adheret, quamvis locus generaliter in facti

omnem comprehenditur vim et causis totius dicitur quia absque propria non tum in thesi capitur et ipsum omnem componitur. Unde etiam vitium non in uno tantum sed etiam quae in pluribus invenitur.

De gemino statu causarum. v.

[s] tatus apud rhetores dicitur ea res in qua causa consistit, id est constitutio. Graeci autem statum a contentione stasin, Latini autem non solum a pugna qua expugnet assertionem adversarii, sed quod in eo pars utraque consistit. Fit autem ex intentione et depulsione. Status autem causarum sunt duo: rationalis et legalis. De rationali nascuntur quattuor: coniectura, finis, qualitas, translatio. De qualitate iuridicialis et negotialis. De iuridiciali absoluta et assumptiva. De assumptiva concessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio. De concessione purgatio et deprecatio. Coniecturalis status est cum factum quod ab alio obicitur ab alio pernegatur. Definitivus status est cum id quod obicitur non hoc esse contenditur, sed quid illud sit adhibitis definitionibus approbatur. Qualitas est cum qualis res sit quaeritur. Et quia de vi et genere negotii controversia agitur, constitutio generalis appellatur. Translatio est cum causa ex eo pendet quod non aut is agere videtur quem oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oportet. Translativa constitutio, quia actio translationis et commutationis indigere videtur. Iuridicialis est in qua aequi et recti natura et praemii aut poenae ratio quaeritur. Negotialis est in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit consideratur. Assumptiva est quae ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem. Concessio est cum reus non id quod factum est defendit, sed ut ignoscatur postulat, quod nos ad paenitentes probavimus pertinere. Remotio criminis est cum id crimen quod infertur ab se et a sua culpa vi et potestate in alium reus removere conatur. Relatio criminis dicitur cum ideo iure factum dicitur quod aliquis ante iniuria lacessitus sit. Comparatio est cum aliud aliquid alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum. Purgatio est cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Haec partes tres habet: imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est cum et peccasse et consulto peccasse reus confitetur, et tamen ut ignoscatur postulat, quod genus perraro potest accidere. Item ex legali statu haec oriuntur: scriptum et voluntas, leges contrariae, ambiguitas, collectio sive ratiocinatio, et diffinitio legalis. Scriptum et voluntas est quando ipsa verba videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrariae status est quando inter se duae leges aut plures discrepare noscuntur. Ambiguitas est cum id quod scriptum est duas vel plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est quando ex eo quod scriptum est aliud quod scriptum non est invenitur. Diffinitio legalis est cum vis verbi quasi in diffinitiva constitutione in qua posita sit quaeritur. Status ergo tam rationales quam legales a quibusdam decem et octo numerantur. Ceterum secundum rhetoricos Tullii decem et novem reperiuntur, propter translationem, quam inter rationales principaliter affixit status. Unde sciendum est etiam ex eo deprehendere translationem legalibus statibus applicandam.

De tripartita controversia

[t] ripertita controversia, sicut Cicero dicit, aut simplex est aut iuncta; et si iuncta erit, considerandum est utrum ex pluribus quaestionibus iuncta sit, an ex aliqua comparatione. Controversia simplex est quae absolutam unam continet quaestionem, hoc modo: Corinthiis indicamus bellum an non. Coniuncta ex pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur, hoc pacto: utrum Carthago diruatur, an Carthaginiensibus reddatur, an eo colonia deducatur.

Ex comparatione utrum potius an quid potissimum queritur ad hunc modum utrum Corinthus in Macedoniam contra Philippum mittatur qui Persis sit auxilio an teneatur in Italia ut cum maiore contra Hanibalem copie sint.

De quatuor partibus orationis vij

Partes orationis in rethorica arte quatuor sunt: exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Harum prima auditoris animum provocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem assertionibus facit, quarta finem totius orationis complectitur. Inchoandum est itaque taliter ut benivolum docilem vel attentum faciamus auditorem. Benivolum precando, docilem instruendo, attentum excitando. Narrandum est ita ut breviter atque aperte loquamur. Argumentandum est ita ut primum nostra firmemus, dehinc adversa confringamus. Concludendum ita ut concitemus animos audientis in ea que dicimus.

De quinque modis causarum viij

Species causarum sunt quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causarum genus est cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris. Admirabile a quo alienatus est animus eorum qui audituri sunt. Humile est quod negligitur ab auditore. Anceps est in quo aut iudicatio dubia est, aut causa honestatis et turpitudinis particeps, ut benivolentiam pariat et offensam. Obscurum est in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicata.

De silogismis rethoricis ix

Silogismus grece latine argumentatio appellatur. Argumentatio autem dicta est quasi argumenti ratio, qua inventum probabile exequimur. Silogismus est igitur propositionis et assumptionis confirmationisque extrema conclusio ex ambiguis in eo aut expedita comprobans. Constat enim tribus partibus: propositione, assumptione et conclusione. Propositione ut puta quod bonum est turpe usum esse non potest. Consensit audiens. Assumpsit ille: Pecunia bonum est, turpe usum. Concludit: Ergo pecunia bonum non est. Silogismis autem non solum rethores sed maxime dialectici utuntur, licet apostolus sepe proponat, assumat, confirmet atque concludat, que ut diximus proprie artis dialectice et rethorice sunt. Silogismorum apud rethores partes principales genera duo sunt: inductio et ratiocinatio. Inductionis membra sunt tria: prima propositio, secunda illatio que et assumptio dicitur, tertia conclusio. Inductio est que rebus dubiis captat assensionem eius cum quo instituta est, sive inter philosophos sive inter rethores sive inter sermocinantes. Propositio inductionis est que similitudines concedende rei necessario unius inducit aut plurimas. Illatio inductionis est que et assumptio dicitur, que rem de qua contenditur et cuius causa similitudines sunt inducit. Conclusio inductionis est que aut concessionem illationis confirmat aut quid ex ea conficiatur declarat. Ratiocinatio est oratio qua id de quo est questio comprobatur. Entimema igitur latine interpretatur mentis conceptio, quem imperfectum silogismum solent artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma consistit, quum id quod ad fidem pertinet faciendam utitur silogismorum lege preterita, ut est illud: Si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum. Ex sola enim propositione et conclusione constat esse perfectum, unde magis rethoribus quam dialecticis convenire iudicatum est. Ratiocinationis modi sunt duo: prior entimema, qui est imperfectus silogismus atque rethoricus; secundus epychirema, qui est inrethoricus et latior silogismus. Entimematis membra sunt quinque

primum conuincibile secundum ostentabile tertium sententiale quartum exemplabile quintum collectiuum. Conuincibile est quod euidenti ratione conuincitur sicut fecit Cicero pro Mylone eius igitur mortis sedetis ultores cuius uitam si putetis per uos restitui posse nolletis. Ostentabile est quod certe rei demonstratione constringitur sicut in Catilinam hic tamen uiuit immo in senatum et uenit. Sententiale est quod sententia generalis adducit ut apud Terentium obsequium amicos ueritas odium parit. Exemplabile est quod alicuius exempli comparatione euentum similem comminatur sicut Cicero in Philippicis te miror Antoni quorum exempla imitaris eorum exitus non pertimescere. Collectiuum est cum in unum que argumentata sunt colliguntur sicut ait Cicero pro Mylone quem igitur cum gratia noluit hunc uoluit cum aliquorum querela quem iure quem loco quem tempore non est ausus hunc iniuria alieno tempore cum periculo capitis non dubitauit occidere. Preterea secundum Uictorinum entimematis est altera diffinitio ex sola propositione sicut iam dictum est que ita constat si tempestas uitanda est non est nauigandum. Ex sola assumptione ut est illud si inimicus est occidendus inimicus autem est. Et quia deest illi conclusio entimema uocatur. Sequitur epicherema descendens de ratiocinatione latior et executior rethoricis sillogismis latitudine distans et productione sermonis a dialecticis sillogismis propter quod rethoribus datur. Hic autem constat modis tribus primus modus tripertitus est secundus quadripertitus tertius quinquepertitus. Tripertitus est epichirimaticus sillogismus qui constat membris tribus id est propositione assumptione conclusione. Quadripertitus est qui constat ex membris quatuor prima propositione secunda assumptione et una propositionis siue assumptionis iuncta etiam propositione et conclusione. Quinquepertitus est qui constat ex membris quinque id est prima propositione secunda assumptione tertia eius probatione quinta conclusione. Hunc Cicero ita facit in arte rhetorica si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum non possunt recte partes alicuius generis cause putari. Eadem enim res alii genus alii pars esse potest eidem genus et pars non potest et quoniam sillogismi eius membra claudantur.

Sequitur de lege capitulum X.

Lex est constitutio populi qua maiores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod rex uel imperator edicit constitutio uel edictum uocatur. Institutio equitatis duplex est nunc in legibus nunc in moribus. Inter legem autem et mores hoc interest quod lex scripta est mos uero est uetustate probata consuetudo siue lex non scripta. Nam lex a legendo uocata est quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus constitutum quod pro lege suscipitur cum deficit lex nec differt scriptura an ratione consistat quando et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat lex erit omne quod iam ratione constiterit dumtaxat quod religioni congruat quod discipline conueniat quod saluti proficiat. Uocata autem consuetudo quia in communi est usu. Omnis autem lex aut permittit aliquid ut uir fortis petat premium aut uetat ut sacrarum uirginum nuptias nulli liceat petere aut punit ut qui cedem fecerit capite plectatur. Facte sunt autem leges ut earum metu humana cohereceatur audacia tutaque sit inter improbos innocentia et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Leg

cum premio aut pena vita moderatur humana
Erit autem locus hec constancia iusta possibilis secundum
naturam secundum consuetudinem patrie loco tempori
congruens necessaria utilis manifesta quod
nec aliquid propter obscuritatem in excepcione contineat
in illo privato comodo sed pro communi civium utili-
tate conscripta

De sentencia xi

Sentencia vero est inpersonale ut obsequi-
um amicos veritas odium parit Item
si persona fuit abiecta criam est ita Of-
fendit achilles agamenonem vera dicendo
methrophanes promeruit graciam mendacis ob-
sequendo Contrarium inter criam et sentenciam hoc
interest quod sentencia sine persona profertur cria
sine persona proferri nunquam Sed si persona
addicatur fit criam si detrahatur fit sentencia

De katasceua et anasceua xii

Katasceua est confirmacio proposite rei Anas-
ceua autem contraria superiori et remotio
eius non fuisse aut non esse quod natum aut
factum aut dictum esse proponitur ut si quis chyme-
ram neget fuisse aut fuisse confirmet Inter
thesem et thesim hoc interest quod thesis communis et
ipsa tractat disputacionem in utramque partem in ite-
rum quasi quedam deliberacio vel cohortacio
est Katasceue autem et anasceue in hiis rebus
que vero similes non sunt sed pro veris proponuntur
versantur Anasceue prima divisio
est in congruens et mendacium In congruentis
species sunt quod inhonestum est et quod inutile est
Contrarium inhonestum tractatur aut in dictis aut in factis
in dictis ut si quis indecorum et non videntia au-
ctoritati dixisse dicatur velud si aliquis
infamet catonem alieni desiderium [?] inmature
illam nequiciam et luxuriam coartatum In

factis ut siquis abhorrens aliquid testimonia
et nomine suo fecisse dicatur ut est fabula de
adulterio martis et veneris contra mendacium vero sunt
species incredibile quod factum esse non creditur ut ado-
lescentem qui de siculo litore ingredientes affricam
classes videret Impossibile est ut clodius
insidias miloni fecit et idem occisus sit
a milone contrarium est contrarium si insidias
fecit accidit occisus est non fecit insidias
Hec dispositio in contrarium composita catasceue
proderit Oportebat tamen principia sic
ordinare ut aut credendum esse veteri aucto-
ritati aut fabulis fidem non tribuendam esse
dicamus et ad id postremum in anasceua re-
quiramus nec quod aliud significare voluit
qui ista finxerunt ut palladem vel mari-
nam sed maltinam [?] sciam vel sinceritatem cuius
sed rapacitatem aliquam in hospitalitate aliquam
extitisse commentabitur etc.

Sequitur de prosopopeia xiii

Prosopopeia est cum in cuiusdam personam
et sermo fingitur Cicero in catilinam
Et cum si mecum patria mea que michi
vita carior est mecum loquatur dicens et cetera
Sic montes et flumina et arbores loquentes
inducimus personam in potentes rem que non
habet naturam loquendi et comedis et tragedis
usitatum est et in oracionibus frequentissime invenitur

Sequitur de ethopeia xiiii

Ethopeiam vero illam vocamus in qua
sermonis personam fingimus pro exprimendis
affectibus etatis studiis fortune leticie sexus
meroris audacie Contrarium cum piratis persone
suscipitur audax abrupta temeraria
erit oracio Cum femine sermo simulatur feminini

competens debet oratio. Jam vero adolescentis et senis
et militis et imperatoris et parasiti et rustici
et philosophi dicendi est diversa oratio. Aliter enim lo-
quitur gaudio affectus aliter vulneratus. In quo
genere dictionis illa sunt maxime cogitanda quis
loquitur et apud quem et de quo et ubi et quo
tempore quid egerit quid acturus sit aut quid
pati possit si hec consilia neglexerit et

De generibus questionum xv

Genera questionum sunt duo quorum unum est
finitum alterum infinitum. Finitum ypothe-
sis grece thesis latine propositum nominatur.
Hoc personam non habet etiam nec in eo est aliqua
certa circumstantia id est nec locus nec tempus in causa
vero certa sunt omnia unde quasi pars cause est propositum

Sequitur de elocutione xvi

Jam vero in elocutionibus illud videndum oportebit
ut res tempus persona audientis efflagi-
tat ne personam religiosis ne in verecunda cas-
titas ne severa grandibus ne lasciva severis ne
ridicula constantibus misceantur. Latine autem et per-
spicue loquendum. Latine loquitur qui verba rerum
vera et naturalia persequitur nec a sermone atque cul-
tu presentis temporis discrepat. Huic non est sa-
tis videre quid dicat nisi id quoque apte fu-
erit dicere nec id quidem tantum nisi id quod
dicat et liceat facere etc.

De trimodo dicendi genere xvij

Dicendi sunt quoque tria genera humile temperatum et
grande id est plena modulatione. Hoc est enim id
trimodum genus dicendi humile medium grandi-
loquum. Cum enim magna dicimus granditer
proferenda sunt cum parva dicimus subtiliter cum me-
diocria temperate. Nam in parvis causis nichil
grande nichil sublime dicendum est sed leniter ac pe-
destri more loquendum. In causis autem maioribus
ubi de deo vel hominum salute refertur plus
magnificentie et decoris est exhibendum. In temperatis
vero causis ubi nichil agitur ut agatur sed tantummodo
ut delectetur auditor inter utrumque moderate est
dicendum. Sed et quamvis de magnis rebus quisque dicat
non tamen semper granditer docere debet sed submisse cum
docet temperate cum aliquid decet laudat vel vitu-
perat granditer cum ad conversionem animos aversos provocat.
Utendum tamen verbis in summisso genere sufficientia
in temperato splendentia in grandi vehementia etc.

De cola et comma et periodis xviij

Verbis ponitur autem et instruitur omnis oratio
verbis comma et colon et periodon. Comma
est particula sententie et colon membrum periodos
ambitus vel circuitus. Fit autem ex coniunctione
colon comma ex commate colon ex colon perio-
dos. Comma est iunctura diffinita ut puta
et si vereor iudices ecce unum comma sequitur
et aliud comma ne turpe sit pro fortissimo
viro dicere et factum est colon id est membrum quod
intellectum sensui prestat sed adhuc pendet oratio
sicque deinde ex pluribus membris fit periodus
id est extrema sententie clausula ita veterum in
dicendo more requirit. Periodos autem
longior esse non debet quam ut uno spiritu proferatur

De viciis et sententiis verborum xix

Preterea purum et castum oratoris eloqu-
ium esse debet omnibus viciis tam in verbis
quam in sententiis. In verbis ut integra apta
et congruentia sit et sit observandum ne precedentis
verbi extrema vocalis et eadem vocalis prima
incidat ubi sequentis ut femine Egyptiae
que structura melior fit si consonantes
vocalibus applicentur. Cavendum quoque consonantium

que in se incidentes scindi et quasi rumpi
videntur. vitanda mixtura est in r. s. x. ut ars
studiosorum rex xerses ciror romuli. Fugi-
enda est et sonans in aliqua vocalibus ut vim cum

Sequitur de vitiis verborum. xx.

In verbis quoque cavenda sunt vitia ut non
impropria ponantur que greci acirologia vocant
vitanda est ergo proprietas sit tamen ut aliquam pro-
priam dicitatem perdidit ut syrinx vocabuli
turpitudinis nominibus sit vitendum et non longe
actitis sed ut verba proxima et cognata videantur
fugienda et implicata largiora que sine
aliorum sensuum concretudine non sunt [illegible]
biguitas quoque est vitium illud cavendum
tamen quedam iactatione eloquentie ducti quod
uno vel duobus verbis significare potuerunt mul-
tiplicitis multis verbis longis et implexa at-
que concludunt quod vitium perissologia vocatur.
cui contrarium est vitium nimie brevitatis studio
etiam necessaria verba subtrahunt. fugienda sunt
quoque scrida in rebus et verbis ita et in ceteris
vitia que inter prima grammaticorum studia
cognoscuntur. Sunt autem cacenphaton tautologia
ellipsis acirologia macrologia perisso-
logia pleonasmus et his similia. Econtra
orationem extollit et exornat emphasis Empha-
sis que plus quodam quam dixerit intellig-
i facit ut si dixeris ad gloriam scipionis
ascendit et virgilius demissum lapsi altitu-
dinem cognoscens fugit. Huic contraria vitia
est verbis in minore que nam sunt maiora sunt

Incipit De figuris verborum et sententiarum. xxi.

Augetur et ornatur etiam oratio figuris verborum
et sententiarum. Nam quia directa et perpetua
oratio fatigationem atque fastidium tam dicenti quam
audienti creat flectenda est et in alias species
formas ut et dicentem reficiat et ornatior fiat
et iudicem diverso vultu auditum que delectat
eque plurime supinus adiuvat in se-
rmatibus artis grammatice ad veritate sunt
Unde tamen illa sunt insiprim oportuit que
in proximate aut numquam aut difficile fiunt
in oratione autem libere et

Sequitur de dyaletica. xxii. capitulum

Dyaletica est disciplina ad disserendas re-
rum causas inventa. Ipsa est philosophie species
que logica dicitur, id est rationalis diffiniendi que-
rendi et disserendi potens. Docet enim in plurimis
generibus questionum quadmodum disputando vera
et falsa diiudicentur. Hanc quidem primi philoso-
phi in suis dictionibus habuerunt non tamen ad artis
redegere peritiam. Post hos aristotiles
ad regulas quasdam huius doctrine argumen-
ta argumenta produxit et dyaleticam nun-
cupavit pro eo quod in ea de dictis disputatur.
Nam lectio dictio dicitur. Ideo autem post rhetho-
ricam disciplina dyaletica sequitur quia
in multis utraque communia existunt.

Incipit De differentia dyaletice et rethorice

Dyaleticam vero et rhethoricam varro in no-
vem disciplinarum libris tali diffinivit
similitudine. Dyaletica et rhethorica est quod in
manu hominis pugnus astrictus et palma
distensa illa verba contrahens ista distendens.
Dyaletica siquidem ad disserendas res
acutior rhethorica ad illa que nititur docen-
da facundior. Illa nonnumquam venit ad scho-
las ista iugiter procedit ad forum illa re-
quirit rarissimos studiosos ista frequenter ad po-
pulos Solet autem philosophi aliquando ad episco-

genere veniat exponendam diffinicionem philosophie
unde que fuerint ea que ad eam pertinent de-
monstret.

De diffinicione philosophie. xxiiij

Philosophia est rerum humanarum diuinarumque
cognicio cum studio bene viuendi coniuncta.
Hec duabus ex rebus constare videtur sciencia et opinione.
Sciencia est cum res aliqua certa racione percipitur.
Opinio autem cum adhuc incerta res latet
et nulla racione firma videtur ut puta sol utrum
tantus quantus videtur an maior sit quam
omnis terra. Item luna globosa sit an concaua
an stella utrum celo adhereat an per aerem
libero cursu ferantur. Celum ipsum qua ma-
gnitudine qua materia constet utrum quie-
tum sit et immobile an incredibili celeritate vol-
uatur. Quanta sit terre crassitudo aut quibus
fundamentis librata et suspensa perdure-
at. Ipsum autem nomen latine interpretatum
amorem sapiencie profitetur. Nam greci
philo amorem sophiam sapienciam dicunt.
Philosophie species tripertita: una natura-
lis quam greci phisicam appellant in qua
de nature inquisitione disseritur. Altera
moralis quam greci ethicam dicunt in qua de mori-
bus agitur. Tercia racionalis que greco vocabu-
lo logica appellatur in qua disputatur quemadmodum
in rerum causis uel vite moribus veritas ipsa
queratur. In phisica igitur causa querendi
in ethica ordo viuendi in logica racio intelligendi
versatur. Phisicam apud grecos primus per-
scrutatus est Tales milesius unus ex illis
septem sapientibus. Hic enim ante alios celi
causas atque vim rerum naturalium contemplata racione
suspexit. Quam postmodum plato in qua-
tuor diffinitiones distribuit id est arithmeticam
musicam geometriam astronomiam. Ethicam

Socrates primus ad corrigendos componendosque
mores instituit atque omne studium eius ad bene
viuendi disputacionem perduxit diuidens eam in
quatuor virtutibus anime id est prudenciam iusti-
ciam fortitudinem temperanciam. Prudencia est in
rebus qua discernuntur a bonis mala. Fortitudo
qua aduersa equanimiter tollerantur. Temperancia
qua libido concupiscencieque rerum frenatur. Ius-
ticia qua recte iudicando sua cuique distribuunt.
Logicam que racionalis vocatur plato subiunxit
per quam discussis rerum morumque causis vim
earum racionabiliter perscrutatus est diuidens eam
in dyalecticam et rethoricam. Dicta autem logica
id est racionalis. Logos enim apud grecos et sermonem
significat et racionem. In hiis quippe tribus
generibus philosophie eciam eloquia diuina consi-
stunt. Nam aut de natura disputare sole-
nt ut in genesi et in ecclesiaste aut de moribus
ut in prouerbiis et in omnibus sparsim libris aut
de logica pro qua nostri theologicam sibi vindicant
ut in canticis canticorum et euangeliis. Item alii
doctorum philosophiam in nomine et partibus suis ita dif-
finierunt. Philosophia est diuinarum huma-
narum rerum in quantum homini possibile est
probabilis sciencia. Aliter philosophia est ars
arcium et disciplina disciplinarum. Rursum
philosophia est meditacio mortis quod magis
conuenit xpianis qui seculi ambicione cal-
cata conuersacione disciplinabili similitudine
future patrie viuunt. Philosophia in duas
partes diuiditur prima inspectiua secunda actu-
alem. Alii diffinierunt philosophie racionem in
duabus consistere partibus quarum prima inspectiua
secunda actualis. Inspectiua in tres modos
diuiditur id est prima in naturalem secunda in doctrinalem

tercia in diuinam Doctrinalis diuiditur in quatu-
or scilicet primam arithmeticam secundam musicam
terciam geometriam quartam astronomiam Actua-
lis diuiditur in tres scilicet primam in moralem secundam
dispensatiuam terciam ciuilem Inspectiua qua
supergressi visibilia ex diuinis aliquid et celes-
tibus contemplamur ea que mente solum inspi-
cimus quia corporeum supergrediuntur obtutum
Naturalis dicitur ubi uniuscuiusque rei natura discu-
titur quia nichil generatur in vita sed unumquodque
suis usibus deputatur in quibus creator
diffinitum est nisi forte cum voluntate dei aliquid
miraculorum prouenire monstratur Diuinalis dicitur
quando aut ineffabilem naturam dei aut spiritales
creaturas ex aliqua parte profundissime qualita-
te disserimus Doctrinalis dicitur scientia que abstrac-
tam considerat quantitatem Abstracta enim quantitas
dicitur quam intellectu a materia separantes uel
ab aliis accidentibus ut est par impar uel
ab huiuscemodi in sola raciocinacione tractamus
Cuius species sunt quatuor arithmetica geo-
metrica musica astronomia Arithmetica est
disciplina quantitatis numerabilis secundum se Ge-
ometria est disciplina magnitudinis inmobi-
lis et formarum Musica est disciplina que
de numeris loquitur qui ad aliquid sunt his qui
inueniuntur in sonis Astronomia est discip-
lina que cursus siderum celestium que
figuras contemplatur omnes et habitudines stella-
rum circa se et circa terram indagabili racione
percurrit Porro actualis dicitur que pro-
positas res operacionibus suis explicat cuius
partes sunt tres moralis dispensatiua et ciuilis
Moralis dicitur per quam mos viuendi honestus
appetitur et instituta ad virtutem tendencia preparantur

Dispensatiua dicitur cum domesticarum rerum sapienter
ordo disponitur Ciuilis dicitur per quam totius ciui-
tatis utilitas administratur

De ysagogis porphirii rr v

Est philosophie diffinicionibus et cuius sub generaliter
omnia continentur de ysagogis porphirii
nunc expediamus Ysagoga quippe grece
latine introductio dicitur eorum scilicet qui philosophiam
incipiunt continens et est demonstracionum primarum
rerum de qualibet re quid sit sua cuique certa
ac substanciali diffinicione declaratur Nam
posito primo genere deinde speciebus et alia que
vicina esse possunt coniungimus ac discretis
quibus separamus tamdiu interponentes donec
quousque ad proprium eius de quo querimus
significata eius expressione perueniamus
ut puta Homo est animal racionale morta-
le terrenum bipes risus capax Genus animal
cum dicitur est substancia hominis declarata Est enim
ad hominem genus animal sed quia late
patebat adiecta est species terrenum iam exclu-
sum est id quod aut ethereum aut humidum
Differencia ut bipes propter animalia porrecta et
que multis pedibus innituntur racionale
propter illa que racione careant mortale aut
propter id quod non angelus est Postea discretis
atque seclusis adiectum est proprium in parte postre-
ma risus capax Est enim solum homo
qui ridet Sic perfecta et exornata per partes diffi-
nicio ad hominem declarandum Cuius
discipline diffinicionem plenam existima-
uerunt aristoteles et tullius ex genere et dif-
ferenciis consistere Quidam postea pleniores
in docendo eius perfectam substancialem diffinicionem
in quindecim partibus velud in membris suis diuiserunt

quarum prima est de genere, secunda de specie, tertia de
differentia, quarta de proprio, quinta de accidenti.
Genus ut animal. Est enim vocabulum genera-
le et quod omnium animam habentium. Species
ut homo. Est enim specialitas qua separatur a
ceteris animantibus. Differentia ut rationale,
mortale. Species enim duabus differentiis a ceteris.
Cum enim dicitur rationale distinguitur ab irrationa-
bilibus mutis que non habent rationem. Cum
mortale dicitur distinguitur ab angelis qui nesciunt
mortem. Proprium ut risibile. Homo est
enim qui ridet et sic preter hominem nullum
animalis est. Accidens ut color in corpore,
doctrina in anima. Hec enim tempori varie-
tate et accidunt et mutantur et est ex omnibus
speciebus quoque probabilibus oratio plene perficitur ita
est homo animal rationale mortale boni et
mali capax. Hic etiam in omni ratione
substantiali tamdiu interponere debemus species
et differentias quamdiu sequestratis omnibus que
hic idem esse possunt ad id perveniatur ut proprie-
tas eius iam certa teneatur. Ysagogas autem ex
greco in latinum transtulit Victorinus orator
commentum eius quinque libris Boetius edidit.

viii De kathagoriis aristotilis xxvi.

[S]equuntur aristotilis categorie que latine
predicamenta dicuntur quibus per varias
significationes omnis sermo conclusus est. In-
strumenta categoriarum sunt tria, id est prima equi-
voca, secunda univoca, tertia denominativa. E-
quivoca sunt quando multarum rerum nomen unum
est sed non eadem diffinitio ut leo. Nam
quantum ad nomen pertinet et verus et pictus
et celestis; quantum ad diffinitionem pertinet
aliter verus diffinitur aliter pictus aliter
celestis. Univoca sunt quando duarum aut plurimarum
rerum unum nomen est et diffinitio ut vestis.
Nam et birrus et tunica nomen vestis
potest accipere et eius diffinitionem. Ergo hoc
univocum in genere esse intelligitur quia et no-
men et diffinitionem dant formis suis. De-
nominativa id est derivativa dicuntur que ex
ab aliquo solo differentia casu sed nomine nomen
sicut appellationem ut a bonitate bonus
a malicia malus. Cathegoriarum autem species
decem sunt: substantia, quantitas, qualitas, relatio,
situs, locus, tempus, habitus, agere et pati. Sub-
stantia est que proprie et principaliter dicitur que
neque de subiecto predicatur neque in subiecto est
ut aliqui homo vel aliqui equus. Secunde
autem substantie dicuntur species in quibus ille que
principaliter substantie prius dicte sunt insunt
atque clauduntur ut in homine Cycero. Quantitas
est mensura per quam aliquid vel magnum vel minus
dicitur ut longus vel brevis. Qualitas est
qualis orator sit an rusticus, niger an candi-
dus. Relatio est que refertur ad aliquid. Cum
enim filius dicitur demonstratur et pater. Ista relativa
simul incipiunt. Namque simplus et duplus ab eo
ipse exordium nominis sumunt. Sed et aliquid
invenitur superior superiori dicitur vel superius superiori dicitur
aliter enim alteri preesse non potest. Locus autem est ubi
sit, in foro, in platea. Loca autem motus sex partes
sunt: dextra, sinistra, ante et retro, sursum et deor-
sum. Partes quoque iste sex duo habent:
longe et prope. Tempus ut hodie, heri.
Porro situs a positione dictus ut quis
aut stat aut sedeat aut iaceat. Habitus
ab habendo aliquid dictus ut habere scientiam in
mente, virtutem in corpore, etiam corporis vestimentum.

et cetera quae ad hunc eundem modum designato adiecto verbis inveniri consideraverit. Iam vero agere et pati ab agentis et patientis significatione consistunt. Nam scribo vocis actu scilicet quo facientis rem indicat significationem; scribor patientis est, quo pati se dicit. In his novem generibus quorum exempli gratia quaedam proposuimus vel in ipso substantiae genere quod est usia innumerabilia reperiuntur. Nam et ea quae intellectu capimus, id est ad aliquod horum decem praedicamentorum sermone vulgamus. Plena enim summa est de his ita Augustinus magnus orator, sicut alius stans in templo hodie in solatius disputando fatigatur. Usia autem substantia est, id est ea proprie quae ceteris subiacet. Reliqua novem accidentia sunt. Substantia autem dicta ab eo quod omnis res ad se ipsam subsistat. Corpus enim subsistit et ideo substantia est. Illa vero accidentia quae in subsistente atque subiecto sunt, substantiae non sunt quia non subsistunt sed mutantur, sicut color et forma. De subiecto autem et in subiecto, quasi de ipso et in ipso. Subiecto enim de subiecto substantia est, quasi dicatur de substantia. Sub autem dicitur in subiecto accidentia sunt, id est quae accidunt in substantia, ut quantitas, qualitas vel figura. De subiecto igitur genera et species, in subiecto accidentia sunt. Ex his novem accidentibus tria intra usiam sunt: quantitas et qualitas et situs. Haec enim sine usia esse non possunt. Extra vero usiam sunt locus, tempus et habitus. Intra et extra usiam sunt relatio, agere et pati. Has appellatas cathegorias constat, quia non possunt nisi ex subiectis agnosci. Nemo enim quid sit homo possit agnoscere nisi aliquem hominem ponat sibi ante oculos quasi subiectum homini. Hoc opus Aristotelis intelligendum est, cum sicut dictum est quidquid homo loquitur inter decem ista praedicamenta habetur. Proficiat etiam ad libros intelligendos qui sive rhetoribus sive dialecticis applicantur.

Sequitur de periermenias xxviii

Sequitur deinde liber perihermenias subtilissimus nimis et per varias formas iterationes cautissimus, de quo dicitur: Aristoteles cum periermenias scriberet calamum in mente tinguebat.

Praefatio periermeniarum. Omnis quippe res quae una est et unum significat, sermone aut per nomen significatur aut per verbum, quas duas partes orationis interpretantur totum quidquid concipit mens ad eloquendum. Omnis enim elocutio conceptae rei mentis interpres est. Hanc Aristoteles vir in rerum expressione et faciendis sermonibus peritissimus perihermeniam vocavit, quam interpretationem nos appellamus, scilicet quia res mente conceptas prolatis sermonibus interpretatur per cataphasin et apophasin, id est affirmationem et negationem. Per affirmationem ut homo currit; per negationem ut homo non currit. In his itaque perihermeniis supradictus philosophus de septem speciebus tractat, id est de nomine et verbo, de oratione, de enuntiatione, de affirmatione, de negatione, de contradictione. Nomen est vox significativa ad placitum sine tempore, cuius nulla pars est significativa separata, ut Socrates. Verbum est quod significat tempus, cuius pars extra nihil significat, sed semper eorum quae de altero dicuntur nota est, ut cogitat, disputat. Oratio est vox significativa cuius partium aliquid significativum est, ut Socrates disputat. Enuntiativa oratio est vox de eo quod est aliquid vel non est, ut Socrates est, Socrates non est

s Affirmatio est alicuius de aliquo enunciatio
ut socrates est. Negatio est alicuius ab ali-
quo ut socrates non est. Contradictio est
affirmationis et negationis oppositio ut socra-
tes disputat socrates non disputat. Peri-
ermeniarum utilitas est quod ex hys
inter predicamentis silogismus fiunt unde
et analitica prior tractantur etc.

De dyaleticis silogismis xxviii

s Sequntur dehinc dyaletica silogis-
mi ubi totius eius artis utili-
tas et virtus ostenditur quorum conclusio plu-
rimum lectorem adiuvat ad veritatem investi-
gandam tamen ut absit ille error de-
cipiendi adversarium per sophismata falsarum
conclusionum. Formule cathegoricorum
id est predicativorum silogismorum tres sunt.
Prime forme modi sunt novem. Primus
modus est qui conducit id est qui colligit
ex universalibus dedicativis dedicativum
universale directim ut omne iustum hones-
tum et omne honestum bonum omne igitur
iustum bonum. Secundus modus est qui condu-
cit ex universali dedicativa et universali
abdicativa abdicativum universale di-
rectim ut omne iustum honestum nullum
honestum turpe nullum igitur iustum turpe.
Tercius modus est qui conducit ex dedicativis
particulari et universali dedicativum particula-
re directim ut quiddam iustum honestum
omne honestum utile quiddam igitur
iustum utile. Quartus modus est qui
conducit ex particulari dedicativa et universa-
li abdicativa abdicativum particulare di-
rectim ut quiddam iustum honestum nullum
honestum turpe quiddam igitur iustum non turpe.
Quintus modus est qui conducit ex universalibus
dedicativis dedicativum particulare per reflexionem
ut omne iustum honestum omne ho-
nestum bonum quiddam igitur bonum iustum. Sextus
modus est qui conducit ex universali dedicativa
et universali abdicativa abdicativum universale
per reflexionem ut omne iustum honestum nul-
lum honestum turpe nullum igitur turpe ius-
tum. Septimus modus est qui conducit ex par-
ticulari et universali dedicativis dedicativum par-
ticulare per reflexionem ut quiddam iustum honestum
omne honestum utile quiddam igitur utile ius-
tum. Octavus modus est qui conducit ex uni-
versalibus abdicativa et dedicativa particulare
abdicativum per reflexionem ut nullum turpe ho-
nestum omne honestum iustum quiddam igitur
turpe non est iustum. Nonus modus est qui
conducit ex universali abdicativa et particulari
dedicativa dedicativum particulare per reflexionem
ut nullum turpe honestum quiddam honestum
iustum quiddam igitur iustum non est turpe. Secunde for-
mule secundi modi sunt quatuor. Primus modus
est qui conducit ex universalibus dedicativa et
abdicativa abdicativum universale directim ut
omne iustum honestum nullum turpe honestum
nullum igitur iustum turpe. Secundus modus
est qui conducit ex universalibus abdicativa et
dedicativa abdicativum universale directim ut
nullum turpe honestum omne iustum honestum
nullum igitur turpe iustum. Tercius modus est
qui conducit ex particulari dedicativa et universa-
li abdicativa abdicativum particularis directim
ut quoddam iustum honestum nullum turpe
honestum igitur iustum non est turpe

Quartus modus est qui conficit ex dedicativa et universali abdicativa dedicativam particularem directim ut quoddam iustum non est turpe omne malum turpe quoddam igitur iustum non est turpe. Formulae tertii modi sunt sex. Primus modus est qui conducit ex universalibus dedicativis dedicativam particularem tam directim quam reflexim ut omne iustum honestum omne iustum bonum quoddam igitur honestum bonum vel quoddam honestum bonum. Secundus modus est qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativam particularem directim ut quoddam iustum honestum omne iustum bonum quoddam igitur honestum bonum. Tertius modus est qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativam particularem directim ut omne iustum honestum quoddam iustum bonum quoddam igitur honestum bonum. Quartus modus est qui conducit ex universali dedicativa et particulari abdicativa abdicativam particularem directim ut omne iustum honestum nullum iustum malum quoddam igitur honestum non est malum. Quintus modus est qui conducit ex dedicativa particulari et abdicativa universali abdicativam particularem directim ut quoddam iustum honestum nullum iustum malum quoddam igitur honestum non est malum. Sextus modus est qui conducit ex dedicativa universali et abdicativa particulari abdicativam particularem directim ut omne iustum honestum quoddam iustum non est malum quoddam igitur honestum non est malum. Has formulas cathegoricorum silogismorum qui plene nosse desiderat librum legat qui inscribitur perihermenias Apulei et quae subtilius sunt tractata cognoscit. Distincta enim atque considerata ad magnas intelligentiae vias praestante deo utiliter introducunt. Nunc ad ypotheticos silogismos ordine veniamus.

De modis silogismorum ypoteticorum

m Modi silogismorum ypotheticorum qui fiunt cum aliqua conclusione sunt septem. Primus modus est si dies est lucet est autem dies lucet igitur. Secundus modus est si dies lucet non lucet non est dies igitur. Tertius modus est ita non et dies et non lucet atqui dies est lucet igitur. Quartus modus est ita aut dies est aut nox atqui dies est nox igitur non est. Quintus modus est ita aut dies est aut nox atqui nox non est dies igitur est. Sextus modus est ita non et dies est et nox dies autem est et non igitur est nox. Septimus modus est ita non et dies est et nox atqui nox non est dies igitur est. Modos autem ypotheticorum silogismorum si quis plenius nosse desiderat librum legat Marii Victorini qui inscribitur de silogismis ypotheticis et nunc ad dialecticas diffinitionum species accedamus quae tanta dignitate pollent ut possint indicorum apte manifestationes et quaedam indicia dictionum dicere.

De divisione diffinitionum xxx.

e Ex Marii Victorini libro abbreviatae diffinitiones philosophorum quae in rebus exprimendis explicat quid res ipsa sit qualis sit et quemadmodum in membris suis constare debeat. Et cum oratio brevis uniuscuiusque rei naturam a communione divisam propria significatione concludens. Divisio diffinitionum in partes quindecim dicitur. Prima species est diffinitio usiodes id est substantialis quae proprie et vere dicitur diffinitio ut est homo animal rationale mortale sensus disciplinaeque capax

Hec enim diffinitio per species et differentias descendens ad proprium venit et designat plenissime quid est homo. Secunda species diffinitionis est que greçe enneomatice dicitur latine notio nuncupatur quam notionem communi non proprio nomine possumus dicere. Hec isto modo semper efficitur. Homo est quod rationali conceptione et exercitio preest cunctis animalibus. Non enim dixit quid est homo sed quid agat quasi quodam signo in notitiam devocato. In ista enim et in reliquis notitia rei profertur non substantialis explicatio declaratur et quia illa substantialis diffinitionum obtinet principatum. Tercia species diffinitionis est que greçe poyotes latine qualitativa vocatur quia a qualitate nomen accepit. Pro eo quod quale sit id quod sit ostendit. Dicendo cuius exemplum tale est. Homo est qui ingenio valet artibus pollet et cognitione rerum aut quod agere debeat eligit aut animadversione quod inutile sit contempnit. His enim qualitatibus expressus ac diffinitus homo est. Quarta species diffinitionis est que greçe ypographicen latine adumbratio descriptio dicitur que adhibita circuitione dictorum factorum quod rem que sit descriptione declarat. Queritur enim quid avarus sit quid crudelis quid luxuriosus et luxuriosi avari ac crudelis naturam describit ut si luxuriosum voluerimus diffinire dicimus luxuriosus est victus non necessarii sed sumptuosi et onerosi appetens in delitiis affluens in libidine promptus. Hec et alia diffiniunt luxuriosum sed per descriptionem diffiniunt que species diffinitionis oratoribus magis apta est quam dialecticis quia latitudinem habet que similiter et in bonis rebus ponitur et in malis. Quinta species diffinitionis est quam greçe catantilexim latine adverbium dicunt. Hec vocem illam de qua queritur alio sermone designat uno ac singulari et quodammodo quid illud sit in uno verbo positum uno verbo aliud declarat ut conticescere est tacere. Item cum terminum dicimus finem aut populatas interpretamur esse vastatas. Sexta species diffinitionis est quam greçi catadiaforam nos per differentiam dicimus. Species rei ab altero de eodem genere notant ut cum queritur quid intersit inter regem et tyrannum adiecta differentia quid uterque sit diffinitur id est rex est modestus et temperatus tyrannus vero impius et immitis. Septima species diffinitionis est quam greçi katametaforam vocant latini per translationem ut Cicero in topicis litus est qua fluctus eludit. Hoc varie tractari potest. Modo enim ut moneat modo ut designet modo ut vituperet aut laudet. Ut moneat nobilitas est onus virtutis modicorum apud posteros fortuna. Ut designet apex est summa corporis. Ut laudet adolescentia est flos etatis. Ut vituperet divitie sunt brevis vite longum viaticum. Octava species diffinitionis est quam greçi kataphairesin tou enantiu latini per privantiam contrarii eius quod diffinitur dicunt bonum est quod malum non est iustum est quod iniustum non est et his similia. Hoc autem genere diffinitionis debemus uti cum contrarium notum est ut si bonum est quod prodest cum honestate id quod tale non est malum est. Nona species diffinitionis est quam greçi kataypotiposin latini

p quadam ymaginacom dicit ut eneas
e veneris 2 enchise filius Hec spc i dim
dius opat qui gci atoma appellant Decia
spes diffinicois e qui gci katacllepse (?) po
lo oncrij e lope homogenijs Latini pi
digencia pleni excedem que dicit ut
si queat quid sit animal videat ut
homo Rem em qstitam pdem declarauit
exemplu Hoc aut diffinicois e genus
quid sit illud quod quis declare Unde
cima spes diffinicois e qui gci kata ana
logia latini iuxta rom dicit i p indi
gencia pleni excedem que ut si querat
quid sit tresis videat qz cui hys d' e
ut sit tresis Duodecima spes diffini
cionis e qui gci katacpenon i plau
dem ut tullius pfluentas lex e mens
2 aiui 2 qsiliu 2 fina ciuitatis pax
e tranquillitatis sit 2 vitupacionez qz gci
pgon vocat ut sentius e posimcel ma
lor dum no mo bello qz morte qz repel
lenda Tercia decima spes diffinicois e
qui gci catatonpsim latini ad aliquid
vocat ut e illud pr e cui e filius dus
e cui seruus Quarta decima spes dif
finicois e catatonus ut cicero i retho
ricis genus e quod plures amplectic
ptes ita ps e que subest gni Quinta de
cima spes diffinicois e qui gci calta 2
plogian latini secdm rei racionem vocant
ut dies e sol sup trras nox e sol sb trris
Scire aut debemus pdictas spes diffinico
nis topicis iunctas ee sociatas nec qdam
argumenta sit posite 2 no nullis locis q
meruerunt i topicis qnunc ad topica

reniam^a que sut argumentorum sedes fon
tes sensuum 2 origines dicorum

Sequitur de topicis xxx i

t Opica e disciplina i venctorum argu
mentorum Diuisio topicorum siue locorum
ex quibz argumenta dicunt triplex est
Nam alia i corpe de quo agitur agi
alia que dicunt affecta que qdamo ex
rebz alijs tracta nositur alia q assu
mitur extrinsecus Argumenta q i co
rpe de quo agitur hercet i tribz diuisa
sut Prima a toto scda a pte tercia a
nota Argumentu e a toto cu diffini
to adhibetur ad id q querit sicud ait
cicero Gla e laus recte factorum magnorum
qz iuxta publica fama meritorum aptabz
e argumentu cu hys qui defendit
aut negat fcm aut no fcm ee iure
defendit Nota e argumentu cu ex
vi nominis argumentu aliq elicit ut
cicero qsulez i qui quibdam que i isto
i duali i venire no poterant Affecta
argumenta sut que qdamo ex rebus
alijs tracta nositur Sut aut mo
quatuordecim i primum argumentis ar
gumentu e cu declinat anomine 2
fit dictu ut cicero dicit eutisse pmciaz
nil nomine aubo cu latrocinari d' lat
nome e anomine Denuius i capto e
ameion haut amarcu dimio instet
vinius appellacois posciuitas i alia vo
cae declinacoe forta Secundu argum
tu agitur e cu de codem que siua dicat
ut vigilius varium 2 mutabile genus
Tercum affecte argumentu e cu generali qs

troni fidem spes facit ut et non sit Phry-
gius penetrat Lacedemona pastor. A si-
mili argumentum est cum rebus aliquibus
similia proferuntur: Suggere tela michi,
non ullum dextera frustra Torserit in Rutulos
steterunt que in corpore Graium Iliacis campis.
A differentia argumentum est cum per differentiam
aliqua separantur, ut Virgilius: Non Diome-
dis equos nec currum cernis Achillis.
A contrariis argumentum dicitur cum res discre-
pantes sibimet opponuntur, ut Virgilius: Mor-
taline manu facte immortale carine
fas habeant certusque incerta pericula lustret
Eneas. A coniugatis argumentum dicitur quando
pertinentem rem aliquam in [illegible] conficitur,
ut Virgilius: Non ea vis animo nec tanta
superbia victis. Ab antecedentibus argu-
mentum est cum aliqua colliguntur que prius
gesta sunt, ut Cicero: ut [illegible]
tu non dubitavit aperire quid cogitavit
nos potestis dubitare quid fecerit. A re-
pugnantibus argumentum est cum illud quod
obicitur aliqua contrarietate destruitur, ut Cicero:
Is igitur non modo a te periculo liberatus
sed honore amplissimo ditatus, qui domi te
interficere voluisse. A [illegible] argumentum
est cum probabiliter ostenditur quid sit ex re
quaque venturum, ut Virgilius: Nosse per-
laudem nichil aspere credunt quem omnem
Hesperia sua sub iuga mittat. A causis
argumentum est cum consuetudine communi res
queque tractatur, ut Terentius: Ego non
nichil vereor. Enim dudum abs te dominae
ne facies quod vulgus servorum solet, dolis
ut me deludas. Ab effectis argumentum est

cum ex rebus que facta sunt aliquid approbatur, ut
Virgilius: Degeneres animos timor arguit.
Argumentum a comparatione cum per collationem
personarum sive causarum sive ratio sententie in pa-
ratione formatur, ut Virgilius: Tu potes
Eneam manibus subducere Graium, nos a-
liquid contra Rutulos iuvisse nefandum
est. Item argumentis que dicuntur extrin-
secus, que greci athecnos id est artis expertia
vocant, ut est testimonium. Testimonium
vero constat re. Hec dividitur quinque modis:
id est primo persona, secundo nature auctori-
tate, tertio temporibus auctoritatum, quarto ex
dictis factisque maiorum, quinto ex tormentis.
Ceteris ergo superior modus qui est temporibus in
octo species dividitur: prima ingenio, secunda opibus,
tertia etate, quarta fortuna, quinta arte, sexta
usu, septima necessitate, octava concursio-
ne fortuitorum. Testimonium omne est quod ab ali-
qua externa re sumitur ad faciendam fidem
sed morum probitate debet esse laudabilis. Na-
ture auctoritatis. Persona non qualiscumque est
que testimonii pondus habet ad faciendam fidem
sed morum probitate debet esse laudabilis. Nature
auctoritas est que maxima virtute consistit. Tes-
timonia multa sunt que afferant auctorita-
tem, id est ingenium, opes, etas, fortuna, ars, usus,
necessitas et concursio rerum fortuitorum. Ad
dictis factisque maiorum petitur fides cum prio-
rum dicta facta commemorantur. A tormentis fi-
des probatur, post que nemo creditur velle
mentiri. Ea vero que tractantur in topicis non
multum plana sunt. Diffinitione non indiget.
Memorie quoque commendandum est topica ora-
toribus, dialecticis, poetis et iuris peritis communiter

quidem argumenta parere. Sed quia aliquid
specialiter pertinent ad rethores poetas iuris
que peritos pauca. Cuius vero generaliter dispu-
tant ad philosophos attinere manifestum est. Et mirabi-
le genus operis in unum potuisse colligi quidquid
mobilitas ac varietas humane mentis
in sensibus exquirendis per diversas causas
poterit invenire conclusum liberum ac volunta-
rium intellectum. Nam quocumque se verterit
quascumque cogitationes intraverit in aliquid
eorum que predicta sunt necesse est ut cadat
ingenium.

De oppositis xxxij

Contrariorum genera sunt quatuor que Aristo-
teles antikimena id est opposita vocat
propter quod sibi velut ex adverso videntur obsistere
ut contraria. Nec tamen omnia que opponuntur sibi contraria
sunt sed omnia contraria opposita sunt. Primum genus
est contrariorum quod mixta adversa dictum vocatur
propter quod inter contraria se opponuntur ut sapientia
stultitia. Quod genus in tres species dividitur.
Nam sunt quedam quorum est medium sicut
et sunt quedam sine medio et quedam
sunt que medium habent et tamen sine nomine sunt
nisi utrorumque vocabulo ea ad se referat. Candidum
et nigrum medium habent quia inter eos sepe
color medius ut fuscus et venetus. Sine
medio sunt quecumque venit de duobus accidunt
ut sanitas vel infirmitas horum nichil est
medium. Ea autem quorum media sine
nomine sunt ut felix infelix medium habent
non felix. Secundum genus est relatorum
que ita sibi opponuntur ut ad se conferantur
sicut duplum et simplum. Hoc solum oppo-
sitorum genus ad se refertur. Non enim est
maius nisi ad minus referatur et simplum
nisi ad duplum. Nam relatum ipsi relato

opponitur ut hoc ipsum quod opponitur ad id cui
opponitur quodammodo mutuo referatur. Dimidium
enim opponitur duplo cuius est dupli me-
dium et sic ita illi opponitur ut eius sit cui
opponitur. Sic et pars opponitur parti.
Nam superiora que dicuntur contraria ita
sibi opponuntur ut eorum non sint quibus oppo-
nuntur nec ad ea quodammodo mutuo referantur.
Siquidem iniquitas iustitie ita contraria
est ut non eiusdem iustitie iniquitas sit
aut ad illam sit iniquitas. Tertium
genus oppositorum est sicut habitus et orbatio
quod genus ex privatione vocatur quia
ostendit aliquid quempiam habuisse. Unde prima
tio est. Cuius species sunt tres quorum prima
est in re sola et loco tantum et tempore congruo
sicut in re ut cecitas et visio. In oculis
locus. In tempore congruo ut infantem
non dicimus edentulum cum adhuc dentes
ad hoc etas prima negaverit. Sed non nisi
est privatus dentibus quos dudum habuit, ex
Quartum vero genus ex affirmatione
et negatione opponitur ut Socrates dispu-
tat Socrates non disputat. Hec ideo
a superioribus differt quia illa singillatim dici
possunt, hec nisi connexa dici non possunt. Hoc
genus contrarium apud dialecticos maxime
est oppositum et appellatur ab eis valde oppo-
situm siquidem et tertium non recipit. Nam
extremis quidem sive contrarium non possunt ut in contrariis
candidum et nigrum tertium est cuius nec candidum nec nigrum
sed fuscum aut pallidum. Sic in relatis quia inter mul-
ta et pauca tertium est quod nec multa nec pauca sed
mediocria. In habitu vel orbatione ut visio
et cecitas tertium est quod nec cecitas nec visio sed

capitudo hic quod legit et non legit tamen michael habet et. Explicit liber secundus

Incipiunt libri tercii capitula i. mathematica musica geometrica arichmetica et astronomia primum et

Finiunt capitula libri tertij. Prefacio de quatuor sequentibus disciplinis

De mathematica .i.

Mathematica latine dicitur doctrinalis scientia que abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus ut est par, impar, vel ab aliis huiuscemodi in sola ratione tractamus. Cuius species sunt quatuor id est arithmetica musica geometria et astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina que de numeris loquitur qui inveniuntur in sonis. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina que cursus siderum celestium atque figuras contemplatur atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas paulo latius indicamus ut earum cause competenter possint ostendi.

Sequitur de arithmetica .i. capitulum

Arithmetica est disciplina numerorum. Greci enim numerum rithmon dicunt. Quam scriptores secularium litterarum inter disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt quoniam ipsa ut sit, nulla alia indiget disciplina. Musica autem geometria et astronomia que sequuntur ut sint atque subsistant, istius egent auxilio.

De inventoribus eius .ii.

Numeri disciplinam apud grecos primum pitagoram autumant conscripsisse ac deinde a Nichomacho diffusius esse dispositam. Quam apud latinos primus apuleius deinde boecius transtulerunt.

Quid sit numerus .iii.

Numerus autem est multitudo ex unitatibus constituta. Nam unum semen numeri est, non numerus.

Unde numeri dicti .iiii. capitulum

Numero numerus nomen dedit et a se frequentatione vocabulum indidit. Unus a greco nomen trahit. Greci enim unum ena dicunt. Sic duo et tres quos illi dia et tria appellant. Quatuor vero a

figura quadrata nomen sumpserunt. Cuncta autem non secundum naturam sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt ab eo qui numeris nomina indidit. Sex autem et septem a greco veniunt. In multis enim nominibus que in grecis aspiracione sicut nos pro aspiracione s ponimus. inde est pro exa sex pro epta septem sicud pro herpillo herba serpillum. Octo vero per translacionem sicud illi et nos. ita illi ennea nos novem illi decanos decem. Dicti autem decem a greca ethimologia eo quod ligent et coniungant infra iacentes numeros. nam desmos coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro viginti dicti quod sint decem bis geniti u pro b littera posita. Triginta quod a tricenario denario gignantur. Sic usque ad nonaginta. Centum vero vocati a cantu quod est circulus. Ducenti a duocentum sunt et reliqua usque ad mille. Mille a multitudine unde et milicia quasi multicia. inde et milia que greci mutata littera chiliadas vocant.

Quod numeri prestent. v.

[R]acio numerorum contempnenda non est. In multis enim sacrarum scripturarum locis quantum misterium habent elucet. Non enim frustra in laudibus dei dictum est Omnia in mensura et numero et pondere fecisti. Senarius namque in partibus suis perfectus est perfectionem mundi quadam numeri sui significacione declarat. Similiter quadraginta dies quibus moyses et helias et ipse dominus ieiunavit sine numerorum cognicione non intelliguntur. Sic et alii in scripturis sacris numeri existunt quorum figuras non nisi nota huius artis sciencia solvere possunt. Datum est eciam nobis ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplina quando horas per eam dinumeramus quando de mensium curriculo disputamus quando spacium redeuntis agnoscimus. per numerum siquidem ne confundamur instruimur. Tolle numerum in rebus omnibus et omnia pereunt. adime seculo computum et cuncta ignorancia ceca complectitur nec differre possunt a ceteris animalibus qui calculi nesciunt racionem etc.

De divisione parium et imparium. vi.

[N]umerus dividitur in paribus et in imparibus.

Pariter par pariter impar et impariter. Impar numerus dividitur in hiis primum et simplicem secundum et compositum tercium mediocrem qui quodammodo primus et incompositus alio vero modo secundus et compositus est. Par numerus est qui in duabus equis partibus dividi potest ut duo quatuor et octo. Impar vero numerus est qui dividi in duabus equis partibus nequit uno medio vel deficiente vel superante ut tres quinque septem et novem et reliqui. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur quousque ad indivisibilem perveniat unitatem ut puta sexaginta quatuor habet medietatem triginta et duos hic autem sedecim hic octo et octonarius quatuor quaternarius duo binarius unum singularem indivisibilem. Pariter impar est qui in partes equas recipit sectionem sed partes eius mox insecabiles permanent ut sex decem et octo triginta quinquaginta. Mox enim ut hunc numerum divides incurris in numerum quem secare non possis. Impariter par numerus est cuius partes etiam dividi possunt

sed usque ad unitatem non perveniunt ut xxiij
hij enim in medietate divisi xij faciunt
viginti quinque in aliam rem et ulterius divisionem
non recipit sectio illa sed ante unitatem
invenitur terminus quem secare non possis
Impariter impar numerus est qui ab impare
numero impariter mensuratur ut viginti quinque
quadraginta nove qui duo sunt compares
numeri ab impari pariter dividuntur ut
septies septem quadraties novies et quin-
quies quini viges quinque. Imparium
numerorum alij simplices sunt alij compositi alij
mediocres. Simplices sunt qui nullam
aliam partem habent nisi solam unitatem
ut ternarius solam tertiam et quinarius solam
quintam et septenarius solam septimam. Hijs
enim una pars sola est. Compositi sunt qui non
solum unitate mensurantur sed et ab alio numero
generantur ut novem quindecim et viginti unum
Dicimus enim esse ternum et quinques qui
Mediocres sunt numeri qui quodammodo simplices
et in compositi ut ubi gratia novem ad viginti
quinque duo compares sunt primus est et in com-
positus quia non habet communem numerum nisi solum
monadicum solum quindecim vero sunt compares
sunt secundus est et compositus quia est illi
communis numerus preter monadicum ternarius
numerus qui novem mensurat et ternum et
quindecim ter quinum. Item pari numeri
alij sunt superflui alij diminuti alij
perfecti. Superflui sunt quorum partes simul
ducte plenitudinem suam excedunt ut
puta duodenarius hic enim partes quinque
duodecimam que est unum sextam que duo quar-
tam que tria tertiam que quatuor dimidiam

que sex. Unum enim et duo et tria et quatuor et
sex simul ducta sedecim faciunt et longe
a duodenario excedunt. Sunt et alij plures
plurimi et duodecimi et multi tales
Diminuti numeri sunt quorum partes simul com-
putatis minorem summam faciunt ut puta
denarius cuius partes sunt tres decimam que
est unum quintam que duo dimidiam que quinque
unum enim et duo et quinque simul ducta oc-
tonarium faciunt longe a denario mino-
rem. Similiter est ut sunt octonarius
et alij plurimi qui in partes redacti minus
constituunt. Perfectus numerus est qui suis par-
tibus adimpletur ut senarius. Hic enim
tres partes sextam tertiam et dimidiam
Sexta enim unum est tertia duo dimidia
tres. Hee partes in summam ducte unum
et duo et tria sex eandem consummant perficiuntque
senarium. Sunt autem inter denarium sex
inter centenarium viginti octo inter mille-
narium quadringenti nonaginta et vi

Alia divisio totius numeri

Omnis numerus aut per se consideratur
aut ad aliquid. Iste dividitur sic
Alij enim sunt equales alij inequales. Iste
dividitur sic alij sunt minores alij maiores
Maiores dividuntur sic in multiplices duo
superparticulares vel simplices superpartientes
Minores dividuntur sic. Primum sub mul-
tiplices in sub superparticulares in sub
superpartientes in sub multiplices sub
superparticulares sub multiplices sub super-
partientes. Per se numerus est qui sine rela-
tione alij dicitur ut iii iiii v vi et cetera

ptes. Aliq̄ nūs ē q̄ rlatē ad alios
cpat ut ubi gra iiii ad duo dū cpatus
sūt duplex dr̄ 2 multiplex sex ad iii.
octo ad iiii decē ad v 2 itm̄ tres ad i
triplex vi ad ii novē ad iii 2c Eq̄les
nūi dicunt qui scdm̄ q̄titatē eq̄les
st ut ubi gra duo ad ii iii ad iii decē
ad x C ad c. Inequales nūi s qui
ad īvicē cpati inequalitate demonstrant
ut iii ad ii iiii ad iii v ad iiii x
ad viii 2 ultr maior minori a minor
maiori similis minor dū cpatus sūt in
eq̄lis dr. Maior nūs ē qui ht in se
illū minorē nūm ad q cpat 2 ad
aliq plus ut ubi gra quaternarius nūs
fortior ē eo q ht quaternarius nūs in se
ternariū nūm 2 alias ptes ei' duas
2 aliqui tales. Minor nūs ē qui
cōtinet amminus ad q cpat cū aliq
pte sui ut ternarius a quaterio cōtinet
alico cū duabz ptibz suis. Multiplex
nūs ē q ht in se illū minorē nūm
bis aut ter aut q̄ter aut multiplicat
ut ubi gra duo ad unū cpati sūnt
duplex ē tres ad i triplex iiii q̄dru
plex 2 aliqui E contra submultiplex ē
nūs q mi' multiplicē cōtinet bis
aut ter aut q̄ter aut multipliciter ut
ubi gra un' ad duobz bis cōtinet a tribz
ter a q̄tuor q̄ter a quinq quinquies 2
ab aliis multiplicat. Superparticularis
nūs ē dū fortior cōtinz minorē in se ipso
rem nūm tota q cpat plus 2 unam
ptē eius ut ubi gra iii ad ii dum
cpati sūnt cōtinet minorē in se ii 2 aliā

unā qui media ps ē duorū q̄tuor ad
iii dū cpati sūnt cōtinet minorē in se iii
2 aliā unā qui ē tercia ps eiusdem Item v
ad iiii dum cpati sūnt sicut minorē in se
quaternariū nūm 2 aliā unā q q̄rta
ps ē eius quaternarii nūi 2 cetera tales. Super
partiens nūs ē qui in se inferiorē nūm
totū cōtinz 2 super hoc alias ptes eius
duas aut tres aut alias ut ubi gra
v ad iii dū cpati sūnt ht in se
quaternarius nūs ternariū 2 super hoc alias
ptes duas vii ad iiii dū cpati sūnt
sicut inferiorē iiii 2 alias tres ptes ei'
viii ad v dū cpati sūnt sicut in se
v 2 alias iii ptes ei'. Subsuperpar
tiens nūs ē qui cōtinet in nūo super
particulari cū aliquibz ptibz suis duabz
aut tribz aut pluribz ut ubi gra tres
cōtinet a v cū aliis duabz ptibz suis
v a ix cū iiii ptibz suis. Subsuper
particularis nūs ē minor qui cōtinet in
fortiori nūo cū aliq una pte sua
a media a tercia a q̄rta ut ubi gra
ii ad tres iii ad iiii iiii ad v 2c
Multiplex superparticularis nūs ē qui
dū cpatus ad inferiorē s nūm sicut
cōtinet in se totū inferiorē nūm multi
cū aliqua pte eius ut ubi gra v
ad ii dū cpati sūnt cōtinet in se
bis binū nūm 2 unā ptē eius ix
ad iiii dū cpati sūnt cōtinet in se
bis q̄ternariū 2 unā ptē eius. Multi
plex superpartiens nūs ē qui dū cpatus
ad inferiorē s nūm sicut cōtinet eum

multiplicat cum aliis partibus eius verbi gratia viii ad iii dum comparati fuerint continet eum se bis tri cum aliis duabus partibus eius xvi ad vi dum comparati fuerint continet eum se bis semi cum aliis duabus partibus eius xi ad iiii dum comparati fuerint continet eum bis cum aliis tribus partibus eius xxii ad viii dum comparati fuerint continet eum se bis viii cum aliis tribus partibus eius. Submultiplex superparticularis numerus est qui dum ad fortiorem comparatus fuerit continetur ab eo multipliciter cum aliquibus partibus suis ut verbi gratia iii ad viii continetur bis cum duabus partibus suis iiii ad xi continetur bis tribus cum partibus suis

De tertia divisione totius numeri viii.

[N]umeri autem discreti sunt aut continentes. Iste dividitur sic in lineares in superficiales in solidos. Discretus numerus est qui a discretis monadibus continetur verbi gratia iii ad iiii v ad vi et reliqui. Continens numerus est qui coniunctis monadibus continetur ut verbi gratia ternarius numerus in magnitudine intelligitur id est linea aut spatium aut solidum dicitur. Continens sicut quaternarius et quinarius. Linearis numerus est qui inchoans a monade linealiter scribitur usque ad infinitum unde alpha ponitur pro designatione linearum quoniam haec littera unum significat apud grecos α α α. Superficialis numerus qui non solum longitudine sed latitudine continetur ut trigonus quadratus quinquangulus ut circulatus et ceteri qui semper in plano pede id est superficie continentur. Trigonus numerus ita. Quadratus numerus ita quinquangulus ita. Circulatus numerus ita. Qui dum similiter duplicatus fuerit a se inchoans ad se vertitur ut verbi gratia quinquies quini viginti quinque ita. Solidus numerus est qui longitudine et latitudine continetur ut sunt pyramides qui in modum flamme consurgunt ita. Cubi ut sunt tessere ita. Sphere quibus equalis undique rotunditas ita. Sphericus autem numerus est qui a circulato numero multiplicatus a se inchoat et in se convertitur. Quinquies quinquagies quinquies hic circulus dum in semetipsum multiplicatus fuerit facit speram id est quinquies xxv c xxv et cetera.

De differentia arithmetice et geometrice et musice artis ix.

[I]nter arithmeticam autem et geometriam et musicam hoc interest ut medietatem invenias. In arithmetica primo sic queris coniungis extrema et dividis et facis medium ut puta sit extrema sex et xii simul iungis et faciunt x.8 partiris media et facies ix quod est analogicum arithmeticum ut medius quot monadibus superat primum tot superatur ab extremo superant enim ix sex tribus monadibus tot superatur a duodecim. Secundum geometricam vero sic queris extrema multiplicata quantum faciunt medium multiplicata ut puta sex et xii multiplicata faciunt septuagies duo et medium octo et nove multiplicata tantidem faciunt. Secundum musicam ita quota parte medius superat primum eadem parte superatur medius ab extremo ut

puta sex et octo duabus partibus fecerunt que
due partes tria media et octo separat ab
ultima nona et tercia. x

Quot numeri infinita existunt. x

Numeros autem infinitos esse certissimum
est quod in quotcumque numero finem facien-
dum putaveris idem ipse non dico uno ad-
dito augeri sed quamlibet sit magnus et quamlibet
ingentem magnitudinem continens in ipsa
ratione atque scientia numerorum non solum dupli-
cari verum etiam multiplicari potest. Ita vero
suis quisque numerus quantitatibus terminatur ut nullus
eorum par esse cuiquam alteri possit. Ergo
et dispares inter se atque diversi sunt et sin-
guli quique finiti et omnes infiniti sunt.

De inventoribus geometrie et de vocabulo. xi.

Geometria disciplina ab egyptiis dicitur
quod inundante nilo et omnium possessi-
onibus eius limo obductis initium terre
dividende per lineas mensuras nomen
arti dedit. Que deinde longius acumine
sapientibus profecta et maris et celi et aeris
spatia metiuntur. Nam provocati studio
sic ceperunt post terre dimensionem et celi
spatia querere quanto intervallo luna a terris
a luna sol ipse distaret et usque ad verticem
celi quanta se mensura distenderet. Sicque
intervalla ipsa celi orbis que ambitum per
numerum stadiorum ratione probabili distinxerunt.
Sed quia ex terre dimensione hec disciplina
cepit ex initio sui nomen servavit.
Nam geometria de terra et mensura nuncupata
est. Terra enim grece ge vocatur metron. Huius
discipline ars continet in se lineamenta in-
tervalla magnitudines et figuras et in figuris dimen-
siones et numeros. x

De quadripartita divisione geometrie. xii.

Geometrie quadripartita est divisio in pla-
num in magnitudinem numerabilem et mag-
nitudinem rationalem et in figuras solidas. Pla-
ne figure sunt que in longitudine et latitu-
dine continentur que sunt iuxta platonem nu-
mero v. in trigonum tetragonum penexagonum
eptagonum. Iam octo et cubum et in solida
pergit figurarum. Numerabilis magnitudo est
que numeris arithmetice dividi potest.
Magnitudines rationales sunt quarum mensuras
scire possumus. Irrationales vero quarum
mensure quantitas cognita non habetur.

De figuris geometrie. xiii.

Figure solide sunt que longitudine et
latitudine continentur ut est cubus. Cuius
partes v. in plana quarum prima circulus est
plano pede figura ipsa plena que vocatur circum-
ducta cuius in medio punctum est quo cuncta
convergunt quod centrum geometri vocant. Latini
punctum circuli nuncupant. Quadrilaterum
plano pede figura est in plano quadrata
que sub iiii rectis lineis iacet. Diana-
theton grammon figura plana ita. Ortho-
gonium x triangulum figura plena in plano
pede habet enim triangulum et lineas recte angulum
rectum ita. Ysopleuros figura plana recta et
sub tres constricta in solida ita. Sphera est
figura in rotundum formata in solidum partibus cunctis
equalibus. Cubus est figura propria solida que
longitudine latitudine et altitudine continetur
in solidum. Cylindrus est figura quadrata habens
superius semicirculum in solidum ita. Pi-

ramis est figura que in modum ignis ab
amplo in acumine consurgit. Ignis enim
apud grecos pyrum appellatur. Sicud enim
inter dece omnes est unus ita inter omnes
figuras cubus omnium figurarum includitur
ambitu. Prima autem figura huius artis est
punctum cuius pars nulla est. Secunda linea
preter latitudinem longitudo. Recta linea
est que ex equo in suis punctis iacet. Su-
perficies vero quod longitudines et latitudines
solas habet. Superficiei vero fines linee sunt
quorum forme ideo in superioribus x figuris
posite non sunt quia inter eas inveniuntur.

xiii. Numeri autem secundum geometriam
ita queruntur. Summa quippe eius multipli-
cata tantum facit quantum et media dupli-
cata ut puta sex et xii multiplicata
faciunt septuagies duo. Medii vero
et viii et ix multiplicata tantundem faciunt.

De nomine musice. xiiii.

Musica est peritia modulationis sono
cantuque consistens et dicta musica per
dirivationem a musis. Muse autem appellate
apotu musay id est a querendo quod per eas sicud
antiqui voluerunt vis carminum et vocis
quod modulatio quereretur. Quarum sonus
quia sensibilis res est et preterfluit in preteritum
tempus imprimiturque memorie. Inde a poetis Io-
vis et memorie filias esse confictum est. Nisi
enim ab homine memoria teneantur
soni pereunt quia scribi non possunt.

De inventoribus eius. xv.

Moyses dicit repertorem musice
artis primum fuisse tubal qui de
stirpe Kaim ante diluvium. Greci vero
pitagoram dicunt huius artis invenisse
primordia ex malleorum sonitu et cordarum ex-
tensione percussa. Alii linum thebeum et zetum
et amphionem in musica arte primos cla-
ruisse ferunt. Post quos paulatim di-
recta est hec disciplina et aucta multis modis
eratque tam turpe musicam nescire quam
litteras. Interponebatur autem non modo sacris
sed et omnibus sollempniis omnibusque letis vel
tristioribus rebus. Ut enim in veneratione divina
ympni ita in nupciis ymenei et in
funeribus threni et ad lamenta et ad ty-
bias canebatur. In conviviis vero lira vel
cythera circumferebatur et accubantibus singulis
ordinabatur conviviale genus canticorum.

Quid possit musica. xvi.

Itaque sine musica nulla disciplina potest esse
perfecta nichil enim sine illa. Nam et
ipse mundus quadam armonia sonorum
fertur esse compositus et celum ipsum sub armo-
nie modulatione revolvi. Musica movet
affectus provocat in diversum habitum sensus. In
preliis quoque tube concentus pugnantes accendit
et quanto vehementior fuerit clangor tan-
to fit ad certamen animus fortior. Siquidem
et remiges cantus hortatur ad toleran-
dos quoque labores musica animum mulcet
et singulorum operum fatigationem modula-
tio vocis solatur. Excitatos quoque animos mu-
sica sedat sicud de david legitur qui
ab spiritu immundo saulem arte modula-
tionis eripuit. Ipsas quoque bestias necnon
et serpentes volucres atque delphinas
ad auditum sue modulationis musica
provocat. Sed et quecumque loquimur vel intrinsecus
venarum pulsibus commovemur
per musicos rithmos armo-
nie virtutibus probatur esse sociata.

De partibus musice titulus xvii

Musice partes sunt tres id est armonica rithmica metrica. Armonica est que discernit in sonis acutum et gravem. Rithmica est que requirit in incursione verborum utrum bene sonus an male cohereat. Metrica est que mensuram diversorum metrorum probabili racione cognoscit ut verbi gratia heroicon iambicon vel elegiacon etc.

De triformi musice divisione xviii

Ad omnem autem sonum que materies cantilenarum est triformem constat esse naturam. Prima est armonica que ex vocum cantatione constat. Secunda organica que ex flatu consistit. Tercia rithmica que pulsu digitorum numeros recipit. Nam aut voce editur sonus sicut per fauces aut flatu sicut per tubam vel tibiam aut pulsu sicut per cytharam aut per quodlibet aliud quod percutiendo canorum fatit etc.

De prima divisione musice que armonica

Prima divisio musice que armonica dicitur id est modulatio vocis pertinet ad comedos tragedos vel choros vel ad omnes qui voce propria canunt. Hec ex animo et corpore motum facit et ex motu sonum ex quo colligitur musica que in homine vox appellatur. Vox est aer spiritu verberatus unde et verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est seu irracionabilium animantium. Nam in aliis abusive non proprie sonitum vocis vocari ut vox tube infremuit fractasque ad litora voces. Nam proprium est ut litoree resonant scopuli et ad tuba terribilem sonitum procul ere canoro. Armonia modulatio est vocis et concordancia plurimorum sonorum vel coaptatio. Simphonia est modulationis temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis sive in voce sive in flatu. Per hanc quippe voces acutiores gravioresque concordant ita ut si quis ab ea dissonuerit sensum auditus offendat. Cuius contraria est diaphonia id est voces discrepantes vel dissone. Eufonia est suavitas vocis hec et melos a suavitate et melle dicta. Diastema est vocis spacium ex duobus vel pluribus sonis aptatum. Dieses est spacia quedam et deductiones modulandi atque vergentes de uno in alterum sonum. Tonus est acuta enunciatio vocis. Est enim armonie differentia et quantitas que in vocis accentu vel tenore consistit. Cuius genera in xv partibus musici diviserunt. Ex quibus yperlidias novissimus et acutissimus ypodorius omnium gravissimus est. Cantus est inflexio vocis nam sonus directus est. Precedit autem sonus cantum. Arsis est elevatio vocis hoc est inicium. Thesis vocis posicio hoc est finis. Suaves voces sunt subtiles et spisse clare atque acute. Perspicue voces sunt que longius protrahuntur ita ut omnem impleant continuo locum sicut clangor tubarum. Subtiles voces sunt quibus non est spiritus spissus qualis est infancium vel mulierum vel egrotancium sicut et in nervis. Que enim subtilissime corde sunt subtiles ac tenues sonos reddunt. Pingues sunt voces quando spiritus multus simul egreditur sicut virorum. Acuta vox est tenuis alta sicut in cordis videmus. Dura vox est que violenter emittit sonum sicut tonitruum sicut incudis sonus quociens in durum malleus percutitur ferrum. Aspera vox est rauca et que dispergitur

per minutos et in dissipatos pulsus. Ceca vox est que mox ut emissa fuerit conticescit atque suffocata nequaquam longius producitur sicut est in fictilibus. Vinnolata vox est mollis atque flexibilis et vinnolata dicta a vinno hoc est cincinno molliter flexo. Perfecta autem vox est alta suavis et clara. Alta ut in sublime sufficiat, clara ut aures impleat, suavis ut animos audientium mulceat. Si ex his aliquid defuerit vox perfecta non est et cetera.

De secunda divisione musice seu organica. XXI.

Secunda divisio est organica in his que spiritu reflante completa in sonum vocis animantur ut sunt tube calami fistule organa pandoria et his similia instrumenta. Organum vocabulum est generale vasorum omnium musicorum. Hoc autem cui folles adhibentur alio Greci nomine appellant. Ut autem organum dicatur magis ea vulgaris est Grecorum consuetudo. Tuba primum a Tyrrhenis inventa est. De quibus Virgilius: Tyrrhenusque tube mugire per aera clangor. Adhibebatur autem non solum in preliis sed in omnibus festis diebus propter laudes vel gaudii claritatem. Unde et in psalmis dicitur: Canite in initio mensis tuba in insigni die solempnitatis vestre. Preceptum enim fuerat Iudeis ut initio nove lune tuba clangerent quod etiam hucusque faciunt. Tybias excogitatas in Frigia ferunt. Has diu quidem funebribus tantum adhibebant mox et sacris gentium. Tybias autem appellatas putant quod primum de cervinis tibiis cruribusque hinnulorum fierent. Deinde per abusionem ita ceptas vocari etiam que de cruribus ossibusque non essent. Hinc et tybicines quasi tybiarum cantus. Calamus nomen est arboris proprium a calendo id est fundendo voces vocatus. Fistulam quidam a Mercurio inventam putant, alii a Fauno quem Greci Pan vocant. Nonnulli eam ab Ydi pastore Agrigentino ex Sicilia. Fistula autem dicta quod vocem emittat. Nam fos Grece vox, latine stola missa appellatur. Sambuca in musicis species symphoniarum est. Est enim genus ligni fragilis unde et tybie componuntur. Pandorius ab inventore vocatus est. De quo Virgilius: Pan primus calamos cera coniungere plures instituit, Pan curat oves oviumque magistros. Fuit enim apud gentiles deus pastoralis qui primus dispares calamos ad cantum aptavit et studiosa arte composuit et cetera.

De tertia divisione que rithmica dicitur. XXII.

Tertia divisio rithmica pertinens ad nervos et pulsus cui dantur species cytharum diversarum, tympanum, cymbalum, sistrum, acetabula erea et argentea, vel alia que metallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum et cetera huiusmodi. Cythare atque psalterii repertor Tubal ut predictum est perhibetur. Iuxta opinionem autem Grecorum cythare usus repertus fuisse ab Apolline creditur. Forma cythare initio similis fuisse traditur pectori humano quod uti vox de pectore ita ex ipsa cantus ederetur, appellataque eadem de causa. Nam pectus Dorica lingua cythicam vocari. Paulatim autem plures eius species extiterunt ut psalteria, lyre, barbite, feni et pectides, et que dicuntur Indice et feriuntur a duobus simul. Item alie atque alie quedam quadrata forma

vel trigonali cordarum etiam numerus mul-
tiplicatus est et commutatum genus. Veteres
autem cytharam fidiculam vel fidicem nomina-
verunt quia tam inter se concinunt corde eius
quam bene conveniat inter quos fides sit. An-
tiqua autem cythara septem cordis erat. Unde
et Virgilius septem discrimina vocum. Dis-
crimina autem ideo quia nulla corda vicine
corde similem sonum reddat. Sed ideo septem
corde vel quia totam vocem implent vel
quia septem motibus sonat celum. Cordas
autem dictas a corde quia sicut pulsus
est cordis in pectore ita pulsus corde
in cythara. Has primum mercurius excogi-
tavit idemque prior in nervos sonum stri-
nxit. Psalterium quod vulgo canticum
appellatur nominatum quod ad eius vocem chorus
consonando respondeat. Est autem similitudo
cythare barbarice in modum delte littere.
Sed psalterii et cythare hec differentia est
quod psalterium lignum illud concavum unde
sonus redditur superius habet et deorsum feriuntur
corde et superius sonat. Cythara vero con-
cavitatem ligni inferius habet. Psalterium
autem hebrei decacordon usi sunt propter
numerum decalogi legis. Lira dicta a
varietate vocum .i. a diversitate vocum quod diver-
sos sonos efficiat. Liram primum mer-
curius invenisse dicitur hoc modo
cum regrediens nilus in suos meatus
varia in campis reliquisset animalia etiam
testudo est que cum putrefacta esset et nervi
eius remansissent extenti inter corium
percussa a mercurio sonitum dedit ad cuius
speciem mercurius liram fecit et orpheo tra-
didit qui eius rei maxime erat studiosus.
Unde et estimatur eadem arte non feras
tantum sed et saxa atque silvas cantus modula-
mine applicuisse. Hanc musici amore
et carminis laudem etiam inter sidera suarum
fabularum figmentis collocatam esse finxerunt.
Tympanum est pellis vel corium ligno
ex una parte extensum est enim pars me-
dia symphonie in similitudinem cribri. Et
Tympanum autem dictum quod medium est
unde et margaritum medium tympanum
dicitur et ipsum ut symphonia ad virgulam
percutitur. Cymbala acitabula quedam
sunt que percussa ad invicem se tangunt
et faciunt sonum. Dicta autem cymbala quia
cum ballematia simul percutiuntur. Cum enim
dicunt greci cymbala ballematia. Sistrum
ab inventrice vocatum. Ysis enim regina
egyptiorum idem genus invenisse probatur.
Juvenalis: Ysis et irato feriat mea
lumina sistro. Inde et hoc mulieres per-
cutiunt quia inventor huius generis mulier
extitit. Unde et apud amazonias
sistro ad bellum feminarum exercitus vo-
cabatur. Tintinnabulum de sono vocis
nomen accepit sicut et plausus manuum
stridor valvarum. Symphonia que
vulgo appellatur lignum est cavum ex
utraque parte pelle extenta quam virgulis hinc
et inde musici feriunt fitque in ea
ex concordia gravis et acuti suavissimus
cantus.

De numeris musice xxiii

Numeros autem secundum musicam ita
quere. Positis extremis ut puta
sex et xii vidimus quot monadibus
superatur sex a xii et est sex monadibus

duas per quadratum sexies senis faciunt xxxvi. Coniunge comma illa prima vi ad xii fiunt et sunt x et viii. Porro treces sexies per decies octies efficiuntur dispodius. Hos ingens tu summa minore i sexies erunt octo et erit medium inter vi et xii. Octava sic superant octo sex duabus monadibus, id est tertia parte de vi. et superantur viii a xii iiii monadibus tertia portione. Qua parte ergo superat eadem superatur. Sed sicut ratio quadmo in mundo est ex volubilitate circulorum ita et in microcosmos in tantum preter vocem valet ut sine ipsius perfectione etiam homo simphoniis carens non constet. Eiusdem musice perfectione etiam metra consistunt in arsi et thesi, id est elevatione et positione.

De astronomia

a Stronomia est astrorum lex que cursus siderum et figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

De inventoribus eius .xxv.

a Stronomiam primi egiptii invenerunt. Astrologiam vero et nativitatis observantiam Chaldei primi docuerunt. Abraham autem instituisse egiptios astrologiam Iosephus auctor asseverat. Greci autem dicunt hanc artem ab Athlante primitus excogitatam ideoque dictus est sustinuisse celum. Quisquis autem ille fuit motu celi et ratione animi excitatus per temporum vices per astrorum ratos definitosque cursus per intervallorum spacia moderata considerauit dimensiones quasdam et numeros quos diffiniendo ac secernendo in ordine nectens astrologiam reperit.

De scriptoribus eius .xxvi.

Utriusque autem lingue diversorum quidem sunt de astronomia scripta volumina inter quos tamen ptolomeus rex alexandrie apud grecos precipuus habetur. Hic etiam et canones instituit quibus cursus astrorum inveniatur.

De differentia astronomie et astrologie

Inter astronomiam autem et astrologiam aliquid differt. Nam astronomia celi conversionem ortus obitus motusque siderum continet vel qua ex causa ita vocetur. Astrologia vero partim naturalis partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis et lune cursus vel stellarum certas temporum stationes. Superstitiosa vero est illa quam mathematici sequuntur qui in stellis auguriantur quique etiam xii signa celi per singula anime vel corporis membra disponunt siderumque cursu nativitates hominum et mores predicare conantur.

De ratione astronomie

a Stronomie vero plurimis modis constat. Definit enim quid sit mundus quid celum quid sphere situs et cursus quid axes celi et poli que sint climata celi qui cursus solis et lune atque astrorum.

De mundo et nomine eius .xxviii.

m Undus est qui constat ex celo terra et mari cunctisque sideribus. Qui ideo mundus est appellatus quia semper in motu est. Nulla enim requies eius elementis concessa est.

De forma mundi

f Orma mundi ita demonstratur. Quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam ita declinatur in austra-

lum. Caput autem eius et quasi facies orientalis regio est. Ultima pars septentrionalis est et cetera.

De celo et nomine eius xxx

Celum philosophi rotundum volubile atque ardens esse dixerunt vocatum quod hoc nomine eo quod tanquam vas celatum impressa signa habeat stellarum. Distinxit enim eum deus claris luminibus et inplevit solis scilicet et lune orbe fulgenti et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. Hoc autem grece uranus dicitur a oronopacta id est a videndo eo quod aer perspicuus sit ad spectandum purior.

De celesti spere situ xxxi.

Spera celi est species quedam in rotundum formata cuius centrum terra est ex omnibus partibus equaliter conclusa. Hanc speram nec principium habere dicunt nec terminum eo quod in rotundum quasi circulus unde incipiat vel ubi desinat non facile comprehendatur. Philosophi autem mundi septem celos id est planetas globorum consono motu introduxerunt quorum orbibus connexa omnia quos sibi innexos et veluti insertos versari retro et contrario ceteris motu arbitrantur etc.

De eiusdem spere motu xxxii.

Spere motus duobus axibus volvitur quorum unus est septentrionalis qui nunquam occidit appellaturque boreas. Alter australis qui nunquam videtur et austronotus dicitur. His duobus polis moveri speram celi dicunt et cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente usque ad occidentem circumire septentrionibus breviores gyros iuxta cardinem pergentibus etc.

De eiusdem spere cursu xxxiii.

Spera celi ab oriente et occidente semel in die et nocte vertitur xxiiii horarum spaciis quibus sol cursum suum super terras et sub terras sua volubilitate

De celeritate celi etc. concludit.

Tanta celeritate dicitur spera celi currere ut nisi ad ipsius preceps cursum astra currerent que eam remorarentur mundi ruinam facerent.

De axe celi xxxv. capitulo.

Axis est septentrionalis linea recta que per mediam pilam spere tendit et dicta axis quod in ea spera ut rota volvitur vel quia ibi plaustrum etc.

De celestibus polis xxxvi.

Poli sunt circuli qui currunt per axem horum alter est septentrionalis qui nunquam occidit appellaturque boreas. Alter australis qui nunquam videtur et austronotus dicitur. Et dicti poli quod sint axium celi ex usu plaustrorum a poliendo scilicet nominati. Sed polus boreas semper videtur austronotus nunquam quia dextera celi altiora sunt pressa austri etc.

De cardinibus celi xxxvii.

Cardines celi extreme partes sunt axis et dicti cardines eo quod per eos celum vertitur vel quia sicud cor minime moventur etc. cetera sequuntur.

De convexis celi id est circulis xxxviii.

Convexa autem celi extrema eius sunt a curvitate dicta ut est illud

quexu quotiens claudit nox secunda ce
tu quexu cum terminum e quasi quasi
seu iclinatum et admodum conflexum

De terminis celi xxxix capitulo

Termine celi due sunt oriens et occidens
nam una porta sol procedit alia se r.

De geminia facie celi xl capitulo

Facies celi est caput orientalis
regio est ultima septentrionalis
de qua Lucanus Sic mundi pars una
iacet quam zone nivales perpetuaeque premunt

De iiii partibus celi xl

Climata celi i partes est partes iiii
sunt in quibus prima pars orientalis
e unde quedam stelle oriuntur Secunda
occidentalis ubi nobis alique stelle oc
cidunt Tertia septentrionalis ubi sol per
venit i diebus maioribus Quarta au
stralis ubi sol pervenit noctibus ma
ioribus Oriens autem ab ortu solis e
nominatus Occidens quod diem facit oc
cidere atque interire Abscondit enim lumen
mundo et tenebras super inducit Sep
tentrio autem a vii stellis axis vocatur
que i ipso revolute rotantur Hic proprie
et vertex dicitur eo quod vertitur Meridies autem
vocata est eo quod ibi sol facit diem medium
quasi medidies ut est enim purius
mitat ethere resplendet enim purum dicitur
Sunt et alia vii climata celi sicut
vii linee ab oriente i occidentem sub
quibus et mores hominum dispares atque
animalia specialiter diversa nascuntur
que vocata sunt a locis quibusdam fa
mosis quorum primum e meroes secundum
sienis tercium cathecorates i affrica

quartum rodos quintum elles pontus sextum
mesopontum septimum boristenius et

De hemisperiis capitulo xlii

Hemisperia dimidia pars spere e He
misperion super terram e que videri
non potest quam sub terra sunt

De quinque circulis celi xliii

Quinque celi circuli sunt quarum distinctione
sunt quedam partes temporis sua i celo
quedam i manitate frigoris aut ca
loris i habitabiles existunt Qui et
zone ut circuli appellantur eo quod i circum
ductione sphere existunt Quorum primus
circulus ideo articus appellatur eo quod i
tra eum arctorum signa intuemur apparent
Secundus circulus eo terminus tropicus dicitur
eo quod i eo circulo sol aquilonis finibus esta
tem facit et ultra eum circulum non transit sed
statim revertitur et inde tropicus appellatur
Tercius circulus vocatur hinnerinus qui
alatinis ideo equinoctialis appellatur eo
quod sol cum ad eum locum pervenit equinoctium
facit Hinnerinus enim latine dies atque
nox dicitur quo circulo dimidia sphera pars
constituta conspicitur Quartus circulus aut
tarticus vocatur eo quod sit contrarius circulo
quem articum nominamus Quintus circu
lus cimirinus tropicus qui alatinis
hyemalis sive brumalis appellatur
ideo quod sol cum ad eum locum pervenit hy
emem hiis qui ad aquilonem sunt facit
estatem autem hiis qui i austri partibus

De zodiaco celo xliiii

Zodiacus autem circulus e qui ex li
nearum quinque angulus ex una linea constat et

De candido circulo xlv capitulo

Lacteus circulus autem est via que in spera videtur a candore dicta quia alba est. Quam aliqui dicunt viam esse qua circuit et splendoris ipsius transitu ita lucere.

De magnitudine solis xlvi

Magnitudo solis fortior terra est. Unde et eodem momento quo oritur et orienti simul et occidenti equalis apparet. Quod autem tamquam cubitalis nobis videtur considerare oportet quanti distat a terris que longitudo ut videatur parvus a nobis facit.

Sequitur de magnitudine lune xlvii

Magnitudo lune minor fertur quam solis esse. Nam dum sol superior sit luna tamen a nobis maior quam luna videtur. Iam si prope nos accessisset multo magis quam luna appareret. Sicut autem sol fortior est terra ita terra fortior luna per aliquam quantitatem.

De natura solis xlviii

Sol dum igneus sit pre nimio motu conversionis sue amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri et e contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere. Unde videmus eum sepius madidum atque rorantem.

De cursu solis xlix

Sol per se proprium fertur moveri non cum mundo verti. Nam si fixus celo maneret omnes dies et noctes equales existerent. Sed quia alio loco cras visurum alio occidisse hesterno videmus apparet eum per se proprium moveri non cum mundo verti. Spatiis enim inequalibus orbes annuos conficit propter temporum mutationes. Oriens diem facit occidens noctem inducit. Nam videtis longius a meridie hiemem facit ut nimiis humidis ac pruinis terra pinguescat, accedens propius ad septentrionem estatem reddit ut fruges maturitate durentur et que sunt in humidis in terra fervescant mitescant.

De effectu solis l

Sol oriens diem facit occidens noctem inducit. Nam dies est sol super terras, nox est sol sub terra. Ex ipso enim sunt hore. Ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso nox cum occiderit, ex ipso menses et anni numerantur, ex ipso vicissitudines temporum fiunt. Cum vero per meridiem currit vicinior terre est, cum vero iuxta septentrionem sublimius attollitur. Cui ideo deus diversos cursus constituit loca et tempora ne dum in isdem moretur locis cotidiano ea vapore consumeret. Sed ut Clemens ait diversos cursus accipit quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur et ordo vicissitudinum permutationumque servetur. Nam dum ad superiora conscendit ver temperat, ubi ad summum celi venit estivos accendit calores, descendens rursus autumpno temperiem reddit, ubi vero ad inferiorem redit circulum ex glaciali compage celi rigorem nobis hyemis frigoris derelinquit.

Sequitur de itinere solis li

Sol oriens per meridiem iter habet qui postquam ad occasum venerit et oceano se tinxerit per incognitas vias sub terra vadit et rursus ad orientem recurrit.

Sequitur de lumine lune lii

Lunam quidam philosophi dicunt proprium lumen habere globique eius unam partem esse lucifluam aliam vero obscuram et paulatim se vertendo diversas formas efficere. Alii e contra aiunt lunam non suum lumen habere sed solis radiis

mundi vnde et eclipsim patitur si inter ipsam
et solem vmbra terre intercidat Sol enim
longe illa superior est Sicut euenit ut ipsa
sub ipso est parte superiore luceat inferiore vero
quam habet ad terras obscura sit

Sequitur de formis lune .liii.

Prima figura lune bicornis ita
Secunda sectilis Tercia dimidia ita
Quarta plena ita Quinta iterum
dimidiata Sexta ita Septima
iterum sectilis ita Septima bicornis
Octaua autem somnis et tricesima non semnis
in suo vsque media sibi

De interlunio lune .liiii.

Interlunium lune est illud intervallum defectus
inter et aspectum lune Est autem xxx
dies quo luna non lucet que ideo tunc
videri non potest quia sole cuncta obscuratur sed
eodem momento incipit renasci ita
recedendo videtur

De cursu lune .lv.

Luna cursus circuli accepit lucis vicibus
menstruis spacia moderatur que ideo
obliquo incedit cursu et non recto ut sol
sed per medium terre et frequenter
patiatur eclipsim Oritur autem cum tribus
terre Crescens autem orientem cornibus ipsa
terre decrescens occidente luna et eclipsim
amissura est lune

De vicinitate lune ad terras .lvi.

Luna cunctis minor est quam sol vnde
et breuiori orbe celius peragit cursum
Nam quod sol in diebus CCC lxv
peragit luna per dies xxx percurrit
vnde et antiqui menses in lune annos
autem in solis cursu posuerunt

Sequitur de eclipsi solis .lvii.

Eclipsis solis est quotiens luna tricesi-
ma ad eandem lineam quo sol vehitur
peruenit eique se obiciens solem obscurat
Nam deficere nobis sol videtur dum illi
orbis lune opponitur

Sequitur de eclipsi lune .lviii.

Eclipsis lune est quotiens in vmbram
terre luna incurrit Non enim suum
lumen habere sed apostolus mundi putatur vnde
et defectum patitur si inter ipsam et solem vmbra
terre intercidat Patitur autem hoc quintadecima
luna eo vsque quidem centrum atque vmbram
obstantis terre exeat videatque solem vel
a sole videatur

De differencia stellarum siderum et astrorum .lix.

Stelle et sidera et astra inter se differunt
Nam stella est quelibet singularis
Sidera vero sunt stellis plurimis facta ut hy-
ades pliades Astra autem stelle grandes
ut orion bootes Sed hec nomina scriptores
confundunt et astra pro stellis et stellas pro
sideribus ponunt

De lumine stellarum

Stelle non habere proprium lumen sed a sole
illuminari dicuntur sicud et luna

Sequitur de situ stellarum .lxi.

Stelle mobiles sunt et in celo fixe perpe-
tuo motu feruntur neque cadunt per die
sed solis splendore obscurantur

De stellarum cursu .lxii. capitulo

Sidera autem feruntur aut mouentur
que celo fixa sunt feruntur et in celo
voluuntur mouentur vero quedam sicud pla-
nete et erratice que cursus suos va-
gos certa diffinitione constituunt

De vario cursu stellarum .lxiii.

Stelle pro eo quod diuisio vsque celestium

planetarum ferunt quedam celius exorte tardius ad occasum pervenire. Alie pariter oriuntur et non simul occidunt. Omnes autem suo tempore ad cursum proprium reducuntur.

De stellarum intervallis .lxxiiii.

Stelle inter se diversis intervallis distant circa quedam propter dispari claritate minimus ex nostris oculis apparent quoniam multo maiores sint sideribus quas videmus, sed propter longius posite parve videntur.

De cursali numero stellarum anotus

Numerus cursalis stellarum est per quem cognoscitur in quanto tempore cursum suum unaqueque stella percurrat sive per longitudinem sive per latitudinem. Nam luna fertur octo annis ipse cursum suum. Mercurius annis xx. Lucifer annis novem. Sol annis xix. Vesper xv. Pyrois xij. Saturnus xxx. Quibus peractis ad reversionem cursus per eadem signa et partes reducuntur. Quedam sidera radiis solis prepedita anomala fiunt aut retrograda aut stationaria iuxta quod et poeta meminit dicens: Sol tempora dividit evi mutat nocte diem radiisque potentibus astra ire vetat cursusque vagos statione moratur.

De stellis planetis .lxxvi.

Quedam stelle ideo planete dicuntur quia per totum mundum vario motu discurrunt. Unde propterea quod errant retrogradantur vel anomala efficiuntur, id est quando particulas addunt et detrahunt. Cum enim tantum detrahunt retrograda dicuntur, stationem autem faciunt quando stant.

De precedencia et antegradacione

[illegible] ut retrogradacio stellarum est cum stella dum motum suum agat simul et retrorsum moveri videatur.

Sequitur de statu stellarum .lxxx.

Status stellarum est quia dum semper moventur tamen in aliquibus locis stare videntur.

De nominibus stellarum

Sol appellatus eo quod solus appareat obscuratis fulgore suo cunctis sideribus. Luna dicta quasi lucina ablata media sillaba, de qua Virgilius: casta fave lucina. Sumpsit autem nomen per derivationem a solis luce eo quod ab eo lumen accipiat acceptumque reddat. Stelle dicte a stando quia fixe semper stant in celo nec cadunt. Nam quod videmus e celo stellas quasi labi non sunt stelle sed igniculi ab ethere lapsi qui fiunt dum ventus altiora petens ethereum ignem secum trahit qui tractu suo imitatur stellas cadentes. Nam stelle cadere non possunt. Immobiles enim sunt ut predictum est et cum celo fixe feruntur. Sidera dicta quod ea navigantes considerando iter dirigunt ad cursus consilium ne fallacibus undis aut ventis alio deducantur. Quedam autem stelle ideo signa dicuntur quia ea nauta observat in gubernandis navigiis contemplantes acies fulgorumque eorum quibus rerum status celi futurus ostenditur. Sed et omnes homines ea intendunt ad providendas aeris qualitates per estatem et hiemem vernaleque temperiem. Ortu enim vel occasu suo certis stationibus temporum qualitates significant. Signa

primus arcton qui in axe fixus vii stellis
in se convolutis rotatur. Nomen est grecum quod
latine dicitur ursa que quia in modum plaustri
vertitur nostri eam septentrionem dixerunt. Tri-
ones enim proprie sunt boves aratorii dicti eo
quod terram terant quasi teriones. Septe-
trionem autem non occidere axis vicinitas
facit quia in eo est. Arctofilax dictus
quod arcton id est elicen ursam sequitur. Eundem
et booten dixerunt eo quod plaustro hereat
signum multis spectabile stellis inter
quas arcturus est. Arcturus sidus est post
caudam maioris urse posita in signo boo-
te. Unde arcturus dictus est quasi apkta
yoppa quia bootis pectori collocata
est. Oritur autem autumpnali tempore. Orion
austri ante thauri vestigia fulget et
dictus orion ab urina id est abundacione
aquarum. Tempore enim hiemis obortus
mare et terras aquis et tempestatibus turbat.
Hunc latini iugulam vocant quod sit armatus
ut gladius et stellarum luce terribilis atque claris-
simus. In quo si fulgent omnia serenitas
predicitur si obscuratur tunc acies tempes-
tatis creditur imminere. Hyades dicte apo tou
yein id est a suco et pluviis. Nam pluvie
grece yetos dicitur. Ortu quippe suo
efficiunt pluvias. Unde et eas latini
suculas appellaverunt quia quando nascuntur
pluviarum signa monstrant. De quibus
virgilius arcturum pluviasque hyades.
Sunt autem vii in fronte thauri et oriuntur
tempore vernali. Pliades a pluralitate dicte
quia pluralitatem greci apo tou pliston appel-
lant. Sunt autem stelle vii ante genua
thauri ex quibus vi videntur nam latet una.

Has latini vergilias dicunt a temporis sig-
nificatione quo vere exoriuntur. Nam occasu
suo hiemem ortu estatem primeque navi-
gationis tempus ostendunt. Canicula stella que
et sirius dicitur estivis mensibus in medio cen-
tro celi est. Et dum sol ad eandem accesserit
iuncta cum sole duplicatur calor eius
et dissolvuntur corpora et vaporantur. Unde
et ex ipsa stella dies caniculares dicuntur
qui et molesti purgacioni. Canis autem
vocatur propter quod corpora morbo afficiat sive
propter flamme candorem quia eiusmodi sit
ut pre ceteris lucere videatur. Itaque quo
magis eam cognoscerent syrion appel-
lasse. Cometes stella est dicta eo quod
luminis comas ex se fundat. Quod genus
sideris quando apparuerit aut pestilenciam
aut famem aut bella significat. Come-
tes autem latine crinite appellantur quia
in modum crinium flammas spargunt quas stoici
dicunt esse ultra xxx quarum nomina et
effectus quidam astrologi scripserunt.
Lucifer dictus eo quod inter omnia sidera
plus lucem ferat. Est autem unus ex plane-
tis. Hic proprie iubar dicitur eo quod iubas
lucis ex se fundat. Sed et splendor so-
lis ac lune et stellarum iubar vocatur
quod in modum iube radii eorum extenduntur.
Vesperus stella occidentalis quam cogno-
minatam perhibent ab hespero hispanie re-
ge. Est autem et ipsa ex v stellis pla-
netis noctem ducens et solem sequens.
Fertur autem quod hec stella oriens luciferum
occidens vesperum facit. De qua statius
et alterno deprenditur unus in ortu. Pliade

stelle sunt que non sunt fixe in celo ut relique
sed in aere feruntur. Dicte autem planete apo-
tes planes id est ab errore. Nam interdum
in austrum interdum in septentrionem plerumque contra
mundum nonnumquam cum mundo feruntur. Qua-
rum nomina greca sunt phiton phenon phos-
pena hesperus stelbon. Has romani no-
minibus deorum suorum id est iovis saturni mar-
tis veneris atque mercurii consecraverunt.
Decepti enim et decipere volentes in eorum
adulationem qui sibi aliquid secundum amorem
prestitisset sidera ostendebant in celo dicentes
quod iovis esset illud sidus et illud mercurii
et concepta est opinio vanitatis. Hanc
opinionem erroris dyabolus confirmavit
christus evertit. Iam vero que a gentili-
bus dicuntur inquirenda et animantium ymago
de stellis formatur ut arcton aries li-
bra taurus et huiusmodi alia. Hec que
sidera finxerunt in numero stellarum speciem
corporis superstitiosa vanitate proinde finx-
erunt ex causis quibusdam deorum suorum
et ymagines et nomina conformantes. Ar-
ietem primum signum anni et libre medi-
um mundi lineam reddunt propter ammonem
iovem ideo vocaverunt in cuius capite quia
simulacra faciunt arietis cornua fin-
gunt. Quod signum gentiles ideo inter
signa primum constituerunt quia in marcio
mense qui est anni principium plerumque in eo
signo cursum suum agere dicitur. Sed et
taurum inter sidera collocant et ipsum in ho-
norem iovis eo quod in bovem sit fabulose con-
versus quando europam rapuit. Castorem
quoque et pollucem post mortem inter nomina

insigniora sidera constituerunt quod signum geminorum
dicitur. Cancrum quoque inde dixerunt eo quod
cum ad illud signum mense iunio sol venit
retrograditur in modum cancri breviores faciens
dies. Hoc enim animal incertam habet incedendi
partem. Denique ad utramque partem gressum di-
rigit ita ut prior pars fiat posterior et posterior
prior. Leonem in grecia ingentem hercules occi-
dit et propter virtutem suam hunc inter xii signa
constituunt. Hoc signum sol cum attigit
nimium calorem mundo reddit et annuos
flatos et estus facit maiores quam in toto
reliquo anno. Virginis etiam signum ideo
inter astra collocaverunt propter quod in eisdem diebus
quibus per eum sol decurrit terra exusta
solis ardore nihil pariat. Est enim tempus
caniclarum. Libram autem vocaverunt
ab equalitate mensis ipsius quia octavo
kalendas octobris sol per illud signum currens
equinoctium facit. Unde et lucanus: Ad iust-
te pondera libre. Scorpium quoque et
sagittarium propter fulgura mensis appella-
verunt. Sagittarius vir equinis cruribus
deformatus cui sagittas et arcum adiun-
gunt ut ex eo mensis ipsius fulmina
demonstrent. Unde et sagittarius vocatur.
Capricorni figuram ideo inter sidera
finxerunt propter capram iovis nutricem cuius
posteriorem partem corporis in effigiem piscis
ideo formaverunt ut pluvias eiusdem
quas designarent quas solet idem mensis
plerumque in extremis habere. Porro aqua-
rium et pisces ab imbribus ipsis voca-
verunt quod in hyeme quando in his signis

per volumina maiorum plurime perfudit. Et mirandi dementia gentilium qui non solum pisces etiam arietes et hircos et tauros et virgines et canes et cancros et scorpiones in celum transtulerunt persea et aquilam et cygnum. Iovis fabulas inter celi astra eius medie curia collocaverunt. Perseum quoque et uxorem eius andromedam postea quam sunt mortui in celo receptos esse crediderunt ita ut ymaginibus eorum stellas designarent eorumque appellarent nominibus non erubescentes aurigam etiam ericthonium inter celi astra collocaverunt pro eo quod vidissent eum primum quadrigam iunxisse mirati sunt eum ingenium eius ad imitationem solis accessisse. Pro quo nomen eius inter sidera post mortem posuerunt. Sic et kalisto licaonis regis filiam, quam compressa a iunone in ursam fuisse conversam quam greci arcton vocant post interfectionem eius nomen eius cum filio in stellis septentrionalibus tulerunt eamque arcton filiumque eius arctofilax appellaverunt. Sicque lira in celum a mercurio locata est et centaurus chiron pro eo quod nutrivit esculapium et achillem inter astra dinumeratus est. Sed quolibet modo superstitiones hec ab hominibus inveniuntur sunt tamen sidera que in mundi principio condidit ac certo motu distinguere tempora ordinavit. Horum igitur pergnoscere observationes vel genituras vel ceteras res superstitiosas que se ad cognitionem siderum coniungunt id est ad notitiam fatorum que fidei nostre sine dubitatione contraria sunt sic ignorari debent a christianis ut nec scripta esse videantur. Sed non nulli siderum pulchritudine et claritate perlecti in lapsum stellarum cecatis mentibus corruerunt ita ut per supputationes noxias que mathesis dicuntur eventus rerum prescire conentur quos non solum christiane religionis doctores sed etiam gentilium plato aristotiles atque alii rerum veritate commoti concordi sententia damnaverunt dicentes confusionem potius rerum de tali persuasione generari. Nam si genus humanum ad varios actus nascendi necessitate premitur cur aut laudem merentur boni aut mali legum percipiant ultionem. Et quamvis ipsi non fuerint celesti sapientie dediti veritatis tamen testimonio errores eorum merito presserunt. Ordo autem iste vii secularium ideo a philosophis usque ad astra perductus est scilicet ut animus secularium sapientia implicatus a terrenis rebus se abduceret et in superna contemplatione collocaret.

Explicit liber tertius ysidori

Incipit capitula libri quarti

Incipit liber quartus de medicina

Medicina est que corporis vel tuetur vel restaurat salutem cuius materia versatur in morbis et vulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum que ars eorum exhibet qui proprie medici nominantur sed etiam cibus et potus tegmen et tegumen. Defensio denique omnis atque munitio qua sanum nostrum corpus adversus externos ictus casusque servatur.

Sequitur de nomine eius. II.

Nomen autem medicine a modo id est temperamento imponi existimatur ut non satis sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura in mediocritate autem gaudet. Unde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint vexantur. Inmodicum enim omne non salutem sed periculum affert.

De inventoribus eius. III.

Medicine autem artis auctor et repertor apud grecos perhibetur appollo. Hanc filius eius esculapius laude vel opere ampliavit sed postquam fulminis ictu esculapius interiit interdicta fertur medendi cura et ars simul cum auctore defecit latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus artaxerxis regis persarum. Tunc eam revocavit in lucem ypocrates asclepio patre genitus in insula chos.

De tribus heresibus medicorum. IIII.

Hi itaque tres viri totidem hereses invenerunt. Prima metodica inventa est ab apolline que remedia sectatur et carmina. Secunda empirica id est experientissima inventa est ab esculapio que non indiciorum signis sed solis constat experimentis. Tercia logica id est rationalis inventa est ab ypocrate. Iste enim discussis etatum regionum vel egritudinum qualitatibus artis curam rationabiliter perscrutatus est. Empirici enim experientiam solam sectantur, logici experientie rationem adiungunt, metodici nec elementorum rationem observant nec tempora nec etates nec causas sed solas morborum substantias.

De quatuor humoribus corporum. V.

Sanitas est integritas corporis et temperantia nature ex calido et humido quod est sanguis unde et sanitas dicta est quasi sanguinis status. Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur quod inde veteres morborum nominaverunt ut ipsa appellatione mortis vim que ex eo nascitur demonstrarent. Inter sanitatem autem et morbum media est curatio que nisi morbo congruat non perducit ad sanitatem. Morbi omnes ex quatuor nascuntur humoribus id est ex sanguine et felle et melancolia et flegmate. Ex ipsis enim reguntur sani et ex ipsis leduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum nature creverint egritudines faciunt. Sicut autem quatuor sunt elementa sic et quatuor humores et unusquisque humor suum elementum imitatur

Sanguis aerem colera ignem melancolia terram
flegma aquam. Et sunt iiii^or humores secundum
iiii^or elementa que conservant corpus nostrum
Sanguis ex greca ethimologia vocabulum
sumpsit quod eo vegetetur corpus et sustentetur
et vivat. Coleram greci vocaverunt quod unius
diei spacio terminetur. Unde et colera id est felli-
cula nominata est, hoc est fellis effusio. Greci
enim fel colen dicunt. Melancolia dicta eo
quod sit ex nigri sanguinis fece admixta
greci enim melan vocant nigrum, fel autem
colen appellant. Sanguis latine vocatus
quod suavis sit. Unde et homines quibus
dominatur dulces et blandi sunt. Flegma autem
dixerunt quod sit frigidum. Greci enim frigus
flegmon appellant. De hiis iiii^or humo-
ribus reguntur sani, ex ipsis leduntur infir-
mi. Dum enim amplius extra cursum
nature creverint egritudines faciunt.
Ex sanguine autem et felle acute passiones
nascuntur quas greci oxea vocant. Ex fleg-
mate vero et melancolia veteres cause pro-
deunt quas greci cronia dicunt

De acutis morbis. vi. capitulo

Oxea est acutus morbus qui aut ci-
to transit aut celerius interficiat
ut pleuresis frenesis. Oxi enim a-
cutum apud grecos dicitur et velocem. Significat
Cronia enim prolixus corporis morbus
qui multis temporibus immoratur ut podagra
tisis. Cronon enim apud grecos tempus dicitur.
Quedam autem passiones ex suis causis
nomina acceperunt. Febres a fervore dicte
est enim habundancia caloris. Frenesis
appellata sive ab impedimento mentis
greci enim mentem frenas vocant seu quod

dentibus se frendant. Nam frendere est dentes
concutere. Est autem perturbacio mentis cum ex-
agitacione et dementia exaltata in cerebro.
Cardia vocabulum a corde sumpsit dum ex
aliquo timore aut dolore afficiatur. Cor
enim greci cardian vocant. Est enim cordis
passio cum formidabili metu. Letargia
a sompno vocata. Est enim oppressio cerebri cum
oblivione et sompno iugi veluti stertentis. Si-
nancis a continencia spiritus et prefocacione
dicta. Greci enim sinantes continere dicunt.
Qui enim hoc vicio laborat dolore fau-
cium prefocatur. Flegmone est fervor sto-
machi cum extensione atque dolore. Fleg-
mon est incensio cum rubore atque do-
lore et tensione et duricia et vastitate que
in caput fit; inquietudo et febris consequitur.
Unde et dicta est flegmon apo flegin id est in-
flammare. Hoc enim sentitur et inde nomen
accepit. Pleuresis est dolor lateris acu-
tus cum febre et sputo sanguinolento.
Latus enim grece pleura dicitur unde et pleu-
ritica passio nomen accepit. Peri-
pleumonia est pulmonis vicium cum do-
lore vehementi et suspirio. Greci enim
pulmonem pleumon vocant unde et egri-
tudo dicta est. Emoptoica est sputa effusio
sanguinis qua suffocati intereunt. Dicta
autem apoplexia quod ex letali percussione re-
pentinus casus fiat. Greci enim percus-
sionem apoplexim vocant. Spasmus latine
contractio subita partium aut nervorum cum
dolore vehementi. Quam passionem a corde
nominatam dixerunt quod in nobis principa-
tum vigoris habeat. Fit autem duobus modis aut
ex repletione aut exinanitione certum

maior est gravitas viscerum adiuncta ad dor-
sum. Telum lateris est dolor. Dictum est autem
amedietas quod dolore corpus transfigat quasi
gladius. Ileus dolor intestinorum unde
et yliaci dicti sunt. Grece enim ylios obvol-
utio dicitur quod se intestina per dolorem involuant.
hii et torminosi dicuntur ab intestinorum
tormento. Ydrofobia id est aque metus.
Grece enim ydor aqua, fobos timo-
re dicitur. Unde et latini hunc morbum
ob aque metu limphaticum vocant.
Fit autem aut ex canis rabidi morsu
aut ex aeris spuma in terram proiecta.
quam si homo aut bestia tetigit aut
dementia replebitur aut in rabie vertetur.
Carbunculus dictus quod in ortu suo rubens
sit ut ignis, postea niger ut carbo
extinctus. Pestilentia est contagium quod dum
unum apprehendit celeriter ad plures transit.
Gignitur autem ex corrupto aere et in
visceribus penetrando innititur. Hoc etsi
plerumque per aerias fiat potestates, tamen
sine arbitrio omnipotentis dei omnino non
fit. Dicta autem pestilentia quasi pastule-
ntia quod velut incendium depascat, ut in
toto descendit corpore pestis. Idem et contagium
a contingendo quia quem tetigit polluit.
Ipsa et inguinaria ab inguinum percussione.
Eadem et lues a labe et luctu vocata,
que tamen acuta est ut non habeat spatium
temporis quo aut vita speretur aut mors sed
repentinus languor simul cum morte venit.

De cronicis morbis vii.

c Cronia est prolixus morbus qui
multis temporibus immoratur ut podagra
tisis. Cronon enim apud grecos tempus dicitur.
Cephalea ex causa vocabulum sumpsit capitis. n-
passio est et greci capud cefalim vocant.
Scothomia ab accidente nomen sumpsit
quod repentinas tenebras ingerit oculis
cum vertigine capitis. Vertigo autem est quo-
tiens ventus surgit et terram in circuitu
mittit. Fit et in vertice hominis arterie — circe
et vene vetustate ex resoluta humectatione
tunc gignunt, et in oculis gyrum faciunt.
Unde et vertigo nuncupata est. Epilensia
vocabulum sumpsit quod mentem appendens simul
etiam corpus possideat. Greci enim appe-
ssione epilensiam vocant. Fit autem ex
melancolico humore quotiens exuberaverit
et ad cerebrum conversus fuerit. Hec passio
et caduca vocatur eo quod cadens eger spa-
smos patiatur. Hos etiam vulgus luna-
ticos vocat quod per lune cursum comitetur
eos insania demonum. Idem et larvati-
ci. Est et morbus comicialis id est maior et
divinus quo caduci tenentur. Cui tanta vis
est ut homo valens concidat spumetque.
Comicialis autem dictus quod apud gentiles
cum comiciorum die cuiquam accidisset co-
micia dimittebantur. Erat autem apud
romanos comiciorum dies sollempnis
in kalendis ianuarii. Mania ab insania vel fu-
rore vocata. Nam grecorum vetustas
furorem maniam appellabant, sive ad
innatione quia divinare greci manin dicunt.
Melancolia est dicta a nigro felle. Greci
enim nigrum melan vocant, fel autem colen
appellant. Epilepsia autem in fantasia
fit, melancolia in ratione, mania
in memoria. Tipi sunt frigide febres
que absinne tipi appellantur ab herba
que in aqua nascitur latice forma atque

sive ab iniquitate quam greci manie
appellabant.

stiltus d(icitu)r Est eni(m) attractionu(m) uel recessio-
nu(m) revolutio p(er)petua q(ua)si intervalla
Reuma g(rece) latine eruptio siue fluor
Catarr(us) appellat(ur) Catarrus e(st) fluor reume in-
gis coruiculis que dum ad fauces ve-
nit brancos vocat(ur) dum ad thoracē
uel pulmonē tussis d(icitu)r Coriza est
quotiens infusio capitis i(n) ossa venit
narium uel p(er)foratione fecit eu(m) sternu-
puora tom tatione vnde & coriza nomē accepit
Brancos e(st) p(er)foratio faucium a frigido
humore. g(rec)i eni(m) guttur brancos dic(un)t
ca(usa) q(uod) fauces quas nos corrupte bran-
cas dicim(us) Raucedo e(st) amputatio
vocis Hec & arteriasis vocat(ur) eo q(uod)
voce raucaz & clausaz reddat ab ar-
teriarum iniuria Suspirium nomen
sumpsit eo q(uod) i(n) suspiratione difficultas e(st)
disfnoiam q(ua)m g(rec)i dispnoiam dicunt i(d est) p(er)forationē
Peripleumonia a pulmonibus nomē
accepit Est eni(m) pulmonis tumor cu(m)
spumarum sanguinearum effusione Emo-
ptoicus e(st) emissio sanguinis p(er) os Unde
& nomē accepit Ema eni(m) sanguis
d(icitu)r Thisis e(st) ulceratio & tumor i(n) pul-
monibus qui i(n) iuuenibus [facilius] venire solet
Tysin aut(em) apud grecos dicta q(uod) sit co(n)-
sumptio totius corporis Tussis grece ab
altitudine vocat(ur) q(uod) a p(ro)fundo pectoris
veniat. cui(us) contraria e(st) superior i(n) faucibus
ubi vita titillat Apostema a collectione
nomē accepit Nam collectiones g(rec)i
apostomas vocant [Stipius] Eripus dicta ab apos-
toma infixerit uel i(n) latere uel i(n) stomacho
cu(m) dolore & febribus & tussi & humiditatibus
spumis & [purulentis] purulentis operatis morbis
hectoris passione nomen accepit

Sicci eni(m) lienem splenem vocant Lienosis Lienosis
a splene vocabulum sumpsit. g(rec)i eni(m) splen
lien dicunt Ydropis nomē sumpsit ab
aquoso humore cutis Nam g(rec)i ydro
aquam vocant Est eni(m) humor subcutaneus
cu(m) inflatione turgente & anhelitu fetido
do Nam [Neuresim] Nefresis a renum dolore nomen
accepit Renes eni(m) g(rec)i [nefresim] nefresim dicunt [impensatone]
Paralisis dicta a corporis i(n) p(er)ditione
facta ex multa [infrigidatione] frigore aut i(n) toto corpore
aut i(n) parte Cacexia nomē sumpsit a cor- Caccexia
poris iniuria uel [habitu] ambitu cacexia eni(m)
g(rec)i malam vexationem vocant Fit aut(em)
h(ec) passio i(n) temperancia egrotantis uel arte
mala medicantis uel p(ost) egritudinem
sit tarda in sumptio Atrofia nomē accepit Atro phia
a diminutione corporis Nam g(rec)i nutri-
menti cessationem atrofia dicunt. e(st) eni(m)
tenuitas corporis ex causis latentibus & pau-
latim qualescentibus Sarcian e(st) supfluu(m)
carnis incrementum quo ultra modum corpora
saginantur. g(rec)i eni(m) carnem sarcan vo-
cant Sciasis vocata a parte corporis qua(m)
vexat Nam vertebrarum ossa quorum
summitates iliorum intus ... g(rec)i scia vo-
cant Fit aut(em) de flegmate quotiens descen-
dit i(n) vertebra ossa & efficitur ibi glutinatio
Podagram g(rec)i a retentione pedum dicunt
nominatam & feralis dolore Et quidem omne
q(uod) i(n) mitis sunt ... arte vocamus
Arteticus morbus ab articulorum passione
vocabulum sumpsit Calculus petra e(st) que
i(n) vesica fit vnde & nomē accepit g(rec)i
nit aut(em) ex materia flegmatica Strangu-
iuria dicta eo q(uod) stringat i(n) urinarum
difficultatem Statiriasis inde depend(?)

ventris cum extensione naturalium locorum dicta
passio a patribus. Diarria iugis ventris
fluxus sine vomitu. Dissentaria est di-
visio continuationis, id est ulceratio in testinis.
Dis enim divisio est, intra intestina. Fit
autem antecedente fluore quem greci diarria
vocant. Lienteria dicta quod alimenta tamquam per levigata
intestinis nullis obstantibus fluant pla-
bi. Colica passio nomen sumpsit ab in-
testino quod greci colon appellant. Raga-
die dicuntur eo quod scissure sint ruge col-
lecte circa orificium [illegible] et emorroide a sang-
uinis fluore dicte. greci enim sanguinem emach

De morbis qui in superficie videntur

a Alopicia est capillorum fluor circum-
scriptus pilis fulvis acuta qualitate
similibus vocata sic nomine a similitudine
animalis vulpecule quem greci alopecam
vocant. Parotide sunt duritie ut collectio-
nes que ex febribus aut ex aliquo
alio nascuntur in tumido et aurium vicini-
tate unde et parotide sunt appellate. ota
enim grece auricula dicitur. Lentigo est vestigi-
um macularum parvarum in rotunditate forma
apte lenticula dicta. Erisipila est quam
Latini sacrum ignem appellant, id est execran-
dum per antifrasin. Serpedo in superficie
velut rubor flammeus cutis rubescit
cum multo rubore quasi a igne vicina
invadunt loca ita ut etiam febris ex-
citetur. Sarpedo est cutis rubor cum
pustularum extantia et nomen sumpsit a
serpendo eo quod serpat per membra. Impeti-
go est sicca scabies prominens cum aspe-
ritate et rotunditate forme. Hanc
vulgus sarnam appellat. Prurigo est

appellata a pruriendo et ab edendo. Nictalli
est passio quum per diem visus patentibus oculis
denegatur et nocturnis irruentibus tenebris
redditur, vel versa vice ut plerique volunt die
redditur, noctu negatur. Serpiue aliud
sunt pannarum aliud [illegible] sigillati sunt
pyrrias [illegible] una sorte et ita ipsam plerisque
invenimus. Scabies et lepra utraque passio
asperitas cutis cum prurigine et squamatione,
sed scabies tenuis asperitas et squamatio
est. Hinc denique nomen accepit que
ita veluti purgamenta admittat. [illegible]
scabies dicta quasi squamies. Lepra vero
asperitas cutis squamosa lepide similis
fiunt, unde et nomen sumpsit, cuius color
nunc in nigredinem vertitur, nunc in albedinem,
nunc in ruborem ardet. In corpore hominis
ita lepra dinoscitur si variati inter sanas
cutis partes color diversus appareat vel
si ita se ubique diffundat ut omnia unius
coloris quoddam adulterium faciat. Ele-
fanciasis morbus dicitur ex similitudine elephan-
torum, cuius naturaliter pellis dura et aspera
nomen morbo in hominibus dedit, quia
corporis superficiem similem facit elephan-
torum cuti, sive quod ingens passio est sicut
animal ipsum ex quo ducatum nomen dicitur.
Hictericis greci appellant aurigine ex alio
nomine quod sit coloris fellei. Hunc morbum
Latini arcuatum dicunt a similitudine celestis
arcus. Aurigionem vero varro appellari
dicit a colore auri. Regium autem morbum
inde existimant dictum quod vino bono et
regalibus cibis facilius curetur. Cancer
a similitudine marini animalis vocatum
volunt sicut medici dicunt illis medi-

carcinoma sanabile. Aut ergo praecidi solet
a corpore membrum ubi nascitur ut aliquantum
vivat. Ordeolus est parvissima ac puru-
lenta collectio in pilis palpebrarum constitu-
ta in medio lata et ex utraque conducta
ordei grano similis unde et nomen accepit.
Furunculus est tumor in acutum surgens
dictus quod fervet quasi fervunculus unde et greca
anthrax dicitur quod sit igneus. Ostedo est qua-
edam in summitate oris exulceratio dicta ex latere
uve contrarium circumscripti ulcera circa
summitatem oris scilicet huius quod sunt iniuncta
ab asperitate frenorum. Ulcus putredo ipsa
vulneris quod factum sit quasi vi et ulcus
quod dolet quasi ulcus unde et ulcera.
Pustula est in superficie corporis turgi-
da veluti collectio. Papula est parvissima
cutis erectio aspera cum rubore et ideo
papula dicta quasi pampula a tumore.
Sanies dicta quod ex sanguine nascitur
exsiccato enim calore vulneris sanguis
in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quo
tunc loco [illegible] ubi sanguis advenerit
quia omne quod putrescit nisi calidum et humi-
dum fuerit quia et sanguis putrefieri non potest.
Sanies autem et tabes differunt: fluens
enim sanies vivorum est, tabes mortuorum.
Cicatrix est obductio vulneris naturalem colorem
proferens suis dicta quod obducat vulnera.

De remediis et medicaminibus atque obiectat.

Medicinae curatio spernenda non est.
Meminimus enim et Ysaiam Ezechie
languenti aliquid medicinale mandasse
et Paulus apostolus Thymotheo modicum vi-
num prodesse dixit. Curatio autem mor-
borum tribus generibus constat: Farmathia

quam Latini medicamina vocant. Cyrurgia
quam Latini manuum operationem appellant;
manus enim apud Graecos cyros. Dieta
quam Latini regulam interpretantur. Est enim
observatio legis et vitae. Sunt autem in cu-
ratione species tres: primum genus dicta-
tum, secundum medicinarum, tertium cyrurgicum.
Dieta est observatio legis et vitae. Far-
macia est medicaminum curatio. Cy-
rurgia ferramentorum incisio; nam ferro
exciduntur quae medicaminum non sen-
serint medicinam. Antiquorum autem me-
dicina herbis tantum et sucis erat, talis enim
medendi usus repertus, deinde ferro et
acerbis medicamentis. Omnis curatio
fit vel ex contrariis ut frigidum calido
vel humidum sicco, sicut et in homine super-
bia sanari non potest nisi humilitate sanetur;
ex similibus vero sicut ligamentum vel ro-
tundo vulneri rotundum vel oblongo ob-
longum apponitur. Ligatura enim ipsa non
eadem membris et vulneribus omnibus sed
similis similibus coaptatur. Quae duo etiam ipsa
adiutoria nominibus suis significant. Nam
antidotum graece ex contrario datum dicitur latine.
Contraria enim contrariis medicinae ratione cu-
rantur. Sicut econtrario ex similibus ut quae inter-
pretatur amara quod gustus eius amarus
est. Experimenti enim nomen accepit
quod amaritudo amaritudine solvitur. Solet
omnia autem medicamenta ex speciebus causis
sunt vocabula. Hiera enim dicta quasi
divina. Arteriaca quod apta sit ad me-
dicamentum gutturis et tumores faucium
et arteriarum leniat. Tyriaca est anti-

dotum spiritum quo venena pellit ut
serpentis sese solvat. Katarticia grece
latine purgatoria dicuntur. Katapocia eo
quod modicum potetur seu inglutiatur. Diama
ron autem a suo nomine accepit ex quo
conficitur sicud diacodion quod ex codia id est
papavere fit sicud diapapinaton quod ex se-
minibus componitur. Electuarium vocatum eo
quod molle sorbeatur. Troticus dictus quod in mo-
dum rotule deformatur. Troco enim grece
rota dicitur. Collirica latine sonat quod vicia
oculorum detergat. Epithema eo quod sup-
ponatur aliis adiutoriis precedentibus. Ca-
taplasma eo quod inductio sola fit. Emp-
lastrum eo quod inducatur. Malagma eo
quod sine igne malaxetur et conprehendatur. E-
nema grece latine relaxatio dicitur. Dispen-
satio dicta quod inde misceantur. Medicine
inventorem Chironem quendam grecis invenerunt
unde pingitur dimidia parte homo et
dimidia parte equus. Dictus autem Chiron
apo tu cirizein quod grece manus operari dicitur
appellatur. Creticos dies medici vocant
quibus credo condicio infirmitatis hoc
nomine inposita est quod quasi iudicet ho-
minem inpositum et sententia sua aut puniat aut liberet.

De medicinalibus libris X.

Aphorismus est sermo brevis integrum
sensum proponite rei scribens. Prognostica
provisio egritudinum vocata a prenoscendo.
Oportet enim medicum et preterita agnoscere
et presentia scire et futura providere. Dinamie-
dia potestas est herbarum id est vis et possibilitas.
Nam in herbarum cura vis ipsa dinamis
dicitur unde et dinamedia nuncupatur ubi eorum
medicine scribuntur. Buthanicum herbarium
dicitur quod ibi herbe notentur.

De instrumentis medicorum XI.

Enchiridion dicitur quod manu astringatur.
Inter plurima continet ferramenta.
Ciron enim grece manus vocatur. Flebo-
thomum ab incisione vocatum nam incisio
grece thomum dicitur. Spintilaria anguistrum
a pressione legimina que alatinis aspla-
tone curitur. Ventosa a suspirio ventorum vocatur.
Denique cucurbita spiritu prigidum desiper pa-
so corpori. Supposita omne quod in inferiori
alvus extrahat sive ligneum sive sanguine
vocatur id est suffocare. Clistere per la appen-
sendis pelvibus id est tendis. Sunt et pigmen-
ta eo quod in pila et pilo aguntur quasi pi-
lamenta. Est enim pila vas in quo cum vene-
ditorum apte(?) confiunt in qua ipse pisane fi-
unt et pigmenta. Unde Fabulo(?) Naevio(?)
aut reperti(?) prim[...] quedam in italia
finisse qui pinsendis panibus arnis(?) vel
et primum et pistores. Unde igitur pila et
pilamenta quibus far pinsitur et ceteris
nomine ita appellata. Pilum autem est un-
guendis(?) quod in pila mittitur. Mortarium
ubi iam semina in pulverem redacta et mor-
tua conduntur. Cuticula et mortarium conducta
colliria reponuntur. Est enim lamis(?) Naz
asspa(?) Fuge patius quam reponi collirium est.

De odoribus et unguentis XII.

Odor vocatur ab aere. Thimiama lin-
gua grece vocatur quod sit odorabile.
Nam thimus dicitur flos qui odorem
refert. De quo Virgilius redolentque thimo
Incensum dictum quod igne consumitur ut of
ferat. Cetrados porusse in tempore in logi-

Nota bene

portare que sunt ex multis pigmentis. Nomen
enim grece tetra formula odos dicitur. Stacten
in tectum quod expressum manat. Dicitur autem
agitur naparatocta zeinetapti i. optimum
mirobalanum quod fit ex glande odorata de
quo Oratius et pressa tuis balanus capillis.
Oleum est purum nullique rei admixtum. Un-
guentum vero est omne quod ex oleo confectum
aliarum specierum commixtione augetur odoris
suavitate fumans et longius redolens.
Unguenta autem quedam dicuntur a locis ut
telinum quod in insula Telo meminit Dioscorides.
Corpus quod telino unguimus hoc conficitur
in insula Delo que est una ex Cicladibus.
Sunt et quedam ab inventorum nomine ut
amaracinum. Nam quedam tradunt regium
quendam puerum Amaracum nomine complura
unguentorum genera ferentem casu prolapsum
esse et maiorem ex commixtione odorem cre-
asse unde nunc optima unguenta amaracina
dicuntur. Sunt autem ex genere florum. Item
alia a materie sue qualitate dicuntur ut
rosaceum a rosa cyprinum a flore qui pari-
ter et genere et materie odorem referunt. Ex his
quedam simplicia unguenta sunt que ex una
tantum specie existunt unde et sui nominis refe-
runt odoratum ut anetinum. Est enim sin-
cerum ex oleo et aneto tantum. Composita
autem que pluribus admixtis sunt unde
et nomen sui odoris non habent quia obti-
nentur aliis que admiscentur incerti odoris
dicuntur ut cerotum calasticum malabatrum.

Sequitur de initio medicine. xiii.

Queritur a quibusdam quare inter ce-
teras liberales disciplinas medicina
ars non contineatur propterea quia ille
singulares continent causas ista vero omnium. Nam
et grammaticam medicus scire debet ut intelligere
et exponere possit que legit. Similiter et re-
thoricam ut veracibus argumentis valeat de-
finire que tractat. Necnon dialecticam propter in-
firmitatum causas ratione adhibita perscrutan-
das atque curandas. Sic et arithmeticam
propter numerum horarum in accessionibus et periodis
dierum. Non aliter et geometriam propter qualitates
regionum et locorum situs in quibus doceat
quid quisque observare oporteat. Porro mu-
sica incognita illi non erit. Nam multa sunt
que in egris hominibus per hanc disciplinam
facta leguntur sicut de David legitur qui ab
immundo spiritu Saulem arte modulaminis eri-
puit. Asclepiades quoque medicus fre-
neticum quendam per symphoniam pristine
sanitati restituit. Postremo et astro-
nomiam notam habebit per quam contempletur
rationem astrorum et mutationes temporum. Nam
sicut quidam medicorum ait cum ipsorum qua-
litatibus et nostra corpora commutantur. Hinc
est quod medicina secunda philosophia dicitur. Utraque enim
disciplina totum hominem sibi vindicat. Nam
sicut per illam anima ita per hanc corpus curatur.

Explicit liber quartus

Incipit capitula libri quinti

Incipit liber quintus de auctoribus

Moyses gentis hebraice primus omnium divinas leges sacris litteris explicavit. Foroneus rex grecis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius trimegistus primus leges egyptiis tradidit. Solon primus leges atheniensibus dedit. Ligurgus primus lacedemoniis iura ex apollinis auctoritate confinxit. Numa pompilius qui romulo successit in regno primus leges romanis edidit. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset decemviros legibus scribendis creavit qui leges ex libris solonis in latinum sermonem translatas xii tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hii appius claudius genucius veterius iulius sulpicius sextius curiatius romilius postumius. Hii decemviri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris primus consul pompeius instituere voluit sed non perseveravit ob tractatorum metum. Deinde cesar id facere cepit sed ante interfectus est. Paulatim autem antique leges vetustate atque incuria exoleverunt quarum etsi iam nullus usus est notitia tamen necessaria videtur. Nove a constantino cesare ceperunt et reliquis succedentibus erantque permixte et inordinate. Postea theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum constitutionum a constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit quem a suo nomine theodosianum vocavit.

De legibus divinis et humanis ·ii·

Omnes autem leges aut divine sunt aut humane. Divine natura, humane moribus constant. Ideoque hee discrepant quoniam alie aliis gentibus placent. Fas lex divina est, ius lex humana. Transire per alienum fas est, ius non est

Quid differunt inter se ius legis et moris

Ius nomen est generale, lex autem iuris est species. Ius autem dictum quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est. Ius quoddam moribus institutum quod pro lege suscipitur cum deficit lex, nec differt scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne quod iam ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo quia in communi est usu. Nota

Quid sit ius naturale. iiii.

Ius autem aut naturale est aut civile aut gentium. Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturae non constitutione aliqua habetur, ut viri et feminae coniunctio, liberorum successio et educatio, communis omnium possessio et omnium una libertas, adquisitio eorum quae caelo, terra marique capiuntur. Item depositae rei vel commendatae pecuniae restitutio, violentiae per vim repulsio. Nam hoc aut si quid huic simile est numquam iniustum, sed naturale aequumque habetur.

Quid sit ius civile. v. capitulo

Ius civile est quod quisque populus vel civitas sibi proprium humana divinaque causa constituit.

Quid sit ius gentium

Ius gentium est sedis occupatio, aedificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, foedera pacis, indutiae, legatorum non violandorum religio, conubia inter alienigenas prohibita, et inde ius gentium quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

Quid sit ius militare. vii.

Ius militare est belli inferendi sollemnitas, foederis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem vel commissio. Item signo dato receptio. Item flagitii militaris disciplina si locus deseritur. Item stipendiorum modus, dignitatum gradus, praemiorum honor, veluti cum corona vel torques donantur. Item praedae decisio et pro personarum qualitatibus et laboribus iusta divisio et principis portio.

Quid sit ius publicum. viii.

Ius publicum est in sacris et sacerdotibus et in magistratibus.

Quid sit ius quiritum

Ius quiritum est proprie Romanorum, quod nulli tenent nisi Quirites, id est Romani, veluti de legitimis hereditatibus et de cretionibus, de tutelis, de usucapionibus, quae iura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum et in eosdem solos constituta. Constat autem ius quiritum ex legibus et plebiscitis et constitutionibus principum et edictis sive prudentium responsis.

Quid sit lex. x.

Lex est constitutio populi quae maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

Quid scita plebium

Scita sunt quae plebes tantum constituunt, et vocata scita quod ea plebs sciat, vel quod sciscitatur et rogat ut fiat.

Quid sit senatus consultum. xii.

Senatus consultum quod tantum senatores populis consulendo decernunt.

Quid constitutio et edictum. xiii.

Responsa sunt quae iuris consultores respondere

Sicut supradictis videlicet iuxta paulo ante
fuit cum quidam prudentes & arbitri
ciuitatis qui in spiritualibus consulebantur

dicuntur consulentibus unde et responsa pauli da-
ta fuerunt. Fuerunt enim quidam prudentes et arbitri
equitatis qui institutiones civilis iuris
compositas ediderunt quibus dissidentium
lites contentionesque sopirent.

Quid responsa prudentium .xiiii.

q Vel etiam leges dicuntur ab his
qui condiderunt ut consulares tri-
bunitie iulie cornelie. Nam et sub
octaviano cesare suffecti consules papius
et popeus legem tulerunt que a nominibus
eorum appellatur papia et pompeya continens
patrum premia pro suscipiendis liberis. Sub
eodem quoque imperatore faladius tribunus
plebis legem fecit ne quis plus in ex-
tremis testamenta legaret quam ut quarta
pars superesset heredibus ex cuius nomine lex
faladia nuncupata est. Aquilius quoque le-
gem condidit que hactenus aquilia nun-
cupatur.

De lege satura .xvi.

s Satura vero lex est que de pluribus simul
rebus eloquitur dicta a copia rerum
et quasi a saturitate. Unde et satyra scri-
bere est poemata varia condere ut oracii iuve-
nalis et persii.

De legibus rodiis .xvii.

r Rodie leges navalium commerciorum
sunt ab insula rodo cognominate in
qua antiquitus mercatorum usus fuit.

Sequitur de privilegiis .xviii.

p Privilegia autem sunt leges privatorum
quasi private leges. Nam privi-
legium inde dictum quod in privato feratur.

Quid possit lex .xix.

o Omnis autem lex aut permittit aliquid
ut vir fortis petat premium aut
vetat ut sacrarum virginum nuptias nulli
petere liceat aut punit ut qui cedes fecerit
capite plectatur. Eius enim premio aut pena
vita moderatur humana.

Cur facta est lex .xx.

f Facte sunt autem leges ut earum metu
humana coherceatur audacia tutaque sit
inter improbos innocentia et in ipsis improbis
formidato supplicio refrenetur nocendi facul-
tas.

Qualis fieri debeat lex .xxi.

e Erit autem lex honesta iusta possi-
bilis secundum naturam secundum consuetu-
dinem patrie loco temporique conveniens necessaria
utilis manifesta quoque ne aliquid per
obscuritatem in captionem contineat nullo
privato commodo sed pro communi utilitate
conscripta.

Sequitur de causis .xxii.

p Pragma grece quod latine dicitur causa
unde et pragmatica negotia di-
cuntur et actor causarum et negociorum prag-
maticus nuncupatur.

De testibus .xxiii.

t Testes sunt quibus quilibet veritas in-
dagatur. hos quisquis ante iudicium
sibi placatos alligat ne cui sit post
liberum aut dissimulare aut subtrahere se unde
et alligati appellantur. Item testes dicuntur
quod testamento adhiberi solent sicut sig-
natores qui testamenta signant.

De instrumentis legalibus .xxiiii.

v Voluntas est generale omnium nomen
legalium instrumentorum que quod
non vi sed voluntate prodit ideo hec nomen
accepit. Testamentum vero vocatum quod nisi
testator mortuus fuerit nec confirmari potest
nec sciri quid in eo scriptum sit quod clausum
et obsignatum est et inde dictum testamen-
tum quod non valet nisi post testatoris monu-

mentum. Unde et apostolus: Testamentum, inquit,
in mortuis confirmatur. Testamentum autem in
scripturis sacris non tantum solum dicitur quod non valet
nisi testatoribus mortuis. Romani omne pactum
et placitum testamentum vocabant. Nam La-
ban et Iacob testamentum fecerunt, quod utrique
etiam inter vivos valeret; et in Psalmis le-
gitur: Adversum te testamentum disposuerunt,
hoc est pactum, et innumerabilia talia. Ta-
bulae testamenti ideo appellatae sunt, quia ante
chartae et membranarum usum in dedolatis
tabulis non solum testamenta, sed etiam episto-
larum eloquia scribebantur. Unde et porti-
tores earum tabellarios vocant. Testamen-
tum iuris civilis est quod testium subscrip-
tione firmatum. Testamentum iuris praetorii
est septem testibus signis signatum. Sed
illud apud cives fit, inde civile; istud
apud praetores, inde ius praetorium. Testamen-
tum autem signare notare est, id est ut notum
fiat quod scriptum est. Olographum testamen-
tum est manu auctoris totum inscriptum atque
subscriptum, unde et nomen accepit. Graeci
enim olon totum, graphin litteram dicunt. Ir-
ritum testamentum est, si is qui testatus est
capite diminutus est, aut si non rite sit
factum. Inofficiosum testamentum est, quod frus-
tra liberis exheredatis sine officio
naturalis pietatis in extraneas personas
redactum est. Ruptum testamentum inde
vocatum, eo quod nascente postumo neque
exheredato nominato neque herede insti-
tuto disrumpitur. Suppressum est testamentum
quod in fraudem heredum vel legatorum vel
libertorum non est palam prolatum; quod si non
lateret, tamen si apud se positum non proferatur,
suppressum videtur. Nuncupatio est quam in ta-
bulis cerisque testator recitat dicens: Haec
ut in his tabulis cerisque scripta sunt ita do,
ita lego, itaque vos, Quirites, testi-
monium mihi perhibete. Et haec dicitur nuncupatio;
nuncupare enim est palam nominare et
confirmare. Ius liberorum est coniugum sine li-
beris invicem pro loco pignorum hereditatis
alterna conscriptio. Codicillum, ut veteres aiunt,
sine dubio ab auctore dictum, quia hoc scripturae
genus instituit. Est autem scriptura vel
ea indigens plenitudine verborum, sed solum
testatoris voluntate, cuiusque scripturae signifi-
catione expressa. Cuius beneficio voluntatibus
defunctorum constat esse subventum per legalium
verborum difficultatem aut etiam per necessita-
tem ad retinendorum plenitudinem; ita ut qui
habebit titulum eiusdem scripturae codicillum
vocatur. Sicut autem codicillus fit vice
testamenti, ita epistula vice codicillorum. Cre-
tio est certus dierum numerus in quo institutus
heres aut accipit hereditatem, aut finito
tempore cretionis excluditur, nec liberum est
illi ultra capiendae hereditatis. Cretio autem
appellata quasi decretio vel constitutio, ut pu-
ta ille heres mihi esto, additurque cretio
infra dies tot. Adeundae autem heredita-
tis certissimus status erat dies quibus
non est cretio addita. Fideicommissum
dictum, ut fiat a defuncto committitur. Nam
fides dicta eo quod fiat quod inter duos
verbis sed partibus exponitur. Pactum dicitur
inter partes ex pace conveniens scriptura
legibus ac moribus comprobata. Et dictum est
pactum quasi ex pace factum, alios quod est

pingo unde et pepigit fedus. Placitum
quoque dicitur ab eo quod placeat. Alii dicunt
pactum esse quod volens quis facit. Pla-
citum vero et nolens compellitur, veluti quis cum
pactus sit in iudicio ad reddendum quod neque
potest dici pactum sed placitum. Mandatum
dictum quod olim in commisso negocio alter alteri
manum dabat. Ratum vero quasi rationabi-
le et rectum. Unde et quod pollicentes dicunt ra-
tum esse profitentur, hoc est firmum atque perpetuum.
Irritum autem esse non ratum sed evacuatum. Co-
rrogationum causas emptio et venditio est
rerum atque contractus ex utraque veniens.
Emptio autem dicta quod ante est, sit venditio
quasi venundatio vel annundatio. Donatio
est contractus rei transactio. Dicta autem dicitur
donatio quasi doni actio, et dotem
quasi dictum. Precedente enim in nup-
tiis donationem dos sequitur. Nam
antiquus nuptiarum erat ritus quo se
maritus et uxor invicem emebant, ne vi- Nota
deretur uxor ancilla, sicud habemus in iure.
Unde est quod precedente donatione viri sequitur
dos uxoris. Donatio usufructuaria
ideo dicitur quia donator excepta usus fructum
ad se retinet, fructus cui donatum est
inde. Donatio directa eius nuncupatione quia
et iure et usu statim transit in alterum
nec ultra ad ius donatoris aliquid inde
retorquetur. Conditiones proprie testium sunt
et dicte conditiones a conditione, quia conditiones
quia non ibi testis unus iurat sed vel duo
vel plures. Nam et in unius ore sed in
duorum vel trium testium stabit omne verbum.
Item conditiones quod inter se conveniat ser-
mo testium quasi conditiones. Stipulatio
est promissio, unde sponsores promissores
stipulatores vocantur. Dicta autem stipulatio a
stipula. Veteres enim quando sibi aliquid promitte-
bant stipulam tenentes frangebant, quam iterum
iungentes sponsiones suas agnoscebant,
sive quod stipulum iuxta Paulum iuridicum
firmum appellaverunt. Sacramentum est pignus
sponsionis vocatum. Est autem sacramentum quia
violare quod quisque promittit perfidie est.

Sequitur de rebus .xxv.

h Ereditas est res que morte alicuius
ad quempiam pervenit vel legato tes-
tamenti vel possessione retenta. Dicta autem
hereditas a rebus additus sive ab ere
quia qui possidet agros et censum solvit
inde et res. Res sunt que in iure nostro
consistunt. Iura autem sunt que a nobis iure
possidentur, nec aliena sunt. Dicta autem res
a recte habendo. Ius autem est possidendo
hoc autem iure possidetur quod recte, hoc recte
quod bene; quod autem male possidetur alienum
est. Male autem possidet qui vel suis
male utitur vel aliena rapit. Possidetur
autem iuste quod non invaditur cupiditate, quod
aut cupiditate tenetur possessus est, non
possessor. Bona sunt honestorum seu nobi-
lium que proinde bona dicuntur, ut non hones-
tum aut turpe usum sed eis honestos ad res
bonas utantur. Peculium proprie est minorum
personarum sive servorum. Nam peculium
est quod pater vel dominus filium suum vel servum pro-
prio iure tractare permittit. Peculium autem
a pecudibus dictum, quibus veteres constabat
universa substantia. Bonorum possessio est ius
possessionis certo ordine certoque titulo ac-
quisita. Intestata hereditas est que

testamento scripta non est aut si scripta
sit iure tamen nequaquam est addita
Caduca inde dicitur quia eius heredes
ceciderunt Familie herciscunde diuisio
est hereditatis inter heredes herciscunde n[am]
apud ueteres diuisio nuncupatur Communi
est diuidendo inter eos quibus communis res
est que actio inter postulationibus huius ar-
bitrium datur cuius arbitratu res diui-
datur Finium regendorum actio dicta eo
quod per eam dirigantur fines utrimque ne diffe-
rentur dummodo non angustiore quinque
pedum loco ea controuersia sit Locatio
est res ad usum data cum definitione
mercedis Conductio est res in usum
accepta cum constituta mercede Res cre-
dita est que in obligatione ita deducta
est ut ex tempore quo contracta fuerat certum sit
eam deberi Usura est incrementum feno-
ris ab usu eris crediti nuncupata
Commodatum est id quod nostri iuris est et ad
alios temporaliter translatum est cum modo temporis
quamdiu apud eum sit unde et commo-
datum est Precarium est dum prece cre-
ditor rogatus permittit debitorem in
possessione fundi sibi obligati demorari et
et ex eo fructus capere et dictum precarium
quia prece additur quasi precadium r pro d
littera commutata Mutuum appellatum est
quia id quod a me tibi datur ex meo tuum
fit Depositum est pignus commodatum
ad tempus quasi diu positum Deponit
autem quis videtur cum aliquo metu fur-
ti incendii naufragii apud alium cus-
todie causa deposuit Interest autem in lo-
quendi usu inter pignus et arram nam
pignus est quod datur propter rem creditam
que dum redditur statim pignus aufertur
Arra vero est que primum pro arra bene pla-
cita contracta ex parte datur et postea completur Est
enim arra complenda non auferenda unde
qui habet arram non reddit sicud pignus
sed desiderat plenitudinem et dicta arra a re
pro qua traditur Item inter pignus et fidu-
ciam et ypotheca hoc interest Pignus est
enim quod propter rem creditam obligatur cuius
rei possessionem solam ad tempus consequitur
creditor ceterum dominium penes debitorem
est Fiducia est cum res aliqua sumende
mutue pecunie gratia ut mancipatur uel
in iure ceditur Ypotheca est cum res que
commodatur sine depositione pignoris
pacto uel cautione sola interueniente
Momentum dictum a motu temporis ut quando
facto quod statim saluo negotio reformetur
nec in ullam moram producatur quo utitur
sicud nec spacium ullum est momenti cuius
tam breue est tempus ut in aliquam
moram nullo modo producatur Instrumentum
est unde aliquid construimus ut cultellus calamus
ascia Instructum quod per instrumentum efficitur
ut baculus codex tabula Usus quo
iure constructa utimur ut in baculo in mensa
in codice lege in tabula ludendi Sed ipse
fructus agrorum quia eo utimur usus uocatur
licet sint illa tria Usus autem fructus
uocatus quia solo usu habetur eius fructus
manente apud alium iure Usucapio
est adeptio dominii per continuationem iuste
possessionis uel biennii aut alterius temporis
Mancipatio dicta est quia manu res capitur
unde oportet eum qui mancipium accipit
comprehendere id ipsum quod ei mancipio datur

Cessio est proprie in cessio prius et aliud cedo
iure commisstatis. Cedere enim dicimus con-
cedere que nostra sunt. Nam aliena in-
petituri non cedimus. Nam cedere proprie
dicitur qui contra utilitatem alteri consentit ut cu-
ros cessit magis amplissimi iuris auctori-
tati vel populis paruit. Iudicium est quod
audiente non inspectum sed per reformanda mo-
mento ad tempus interim dicitur salva proposite
actionis eius. Precarium vocatum eo quod pre-
camus ut precibus vite rem quam adpetimus
possidere sinamus. Commercium dictum a mercibus
quo nomine res venales appellamus
unde et mercatus dicitur. Cetus mercatorum hominum
qui res vendere vel emere solet. Inte-
gri restitutio est cause vel rei reparatio.
Causa redintegratur que vi potestatis ex-
pleta non est. Res redintegratur que
vi potestatis ablata atque extorta est.

Sequitur de criminibus. xxvi.

c Rimen a carendo nomen sumpsit ut fur-
tum falsitas et cetera que non occi-
dunt sed infamant. Facinus dictum a facien-
do malum quod noceat alteri. Flagitium
a flagitando corruptelam libidinis quod
noceat sibi. Hec sunt duo genera omnium pecca-
torum. Vis est virtus potestatis per quam causa
sive res vel aufertur vel extorquetur.
Vis privata est si quisquam ante iudicium
armatis hominibus quempiam a suo deiecerit
vel expugnaverit. Vis publica est
si quis civem ad populum vel iudicem vel
regem appellantem necaverit aut torserit
sive verberaverit vel vinxerit. Dolus est
mentis calliditas ab eo quod deludat das
aliud enim agit et aliud simulat. Petronius
Hic etiam et ab Eleazaro pontifice petens scripturas veteris testamenti in grecam vocem ex hebrea lingua per lxx interpretes transferre curavit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit. Siquidem singuli in singulis cellulis separati ita omnia per spiritum interpretati sunt ut nichil in alicuius eorum codice inventum esset quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt et alii interpretes qui ex hebrea lingua in grecam sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila et Symmachus et Theodotion, sicut etiam et vulgata illa interpretatio cuius auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea sextam et septimam editionem Origenes miro labore repperit et cum ceteris editionibus comparavit. Presbiter quoque Ieronimus trium linguarum peritus ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas convertit eloquenterque transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur. Nam est et verborum tenacior et perspicuitate sententie clarior atque, utpote christiano, interpretatio verior.

Qui primum Romam libros advexerunt

Romam primus librorum copiam advexit Emilius Paulus Perseo Macedonum rege devicto, deinde Lucullus e Pontica preda. Post hos Cesar dedit Marco Varroni negotium maxime bibliothece construende. Primum autem Rome bibliothecas publicavit Pollio, grecas simul atque latinas

additis auctorum imaginibus in atrio quod de manubiis magnificentissimum instruxerat

Qui apud nos bibliothecas instituerint

Apud nos quoque Pamphilus martyr cuius vitam Eusebius Cesariensis conscripsit Pisistratum in sacre bibliothece studio adequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta voluminum milia habuit. Sicut Ieronimus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe querentes ordine persecuti sunt eorumque studia in uno volumine indiculo comprehenderunt.

De hiis qui multa scripserint

Marcus Terencius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Grecos quoque Calcenterus miris attollitur laudibus quod tantos libros ediderit quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix possit. De nostris quoque apud Grecos Origenes in scripturarum labore tam Grecos quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique Ieronimus sex milia librorum suorum se legisse fatetur. Horum tamen omnium studium Augustinus ingenio vel sciencia sua vicit. Nam tanta scripsit ut diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam sed nec legere quidem queat.

De generibus vocabulorum

Opusculorum genera sunt tria. Primum genus excerpta sunt que Grece scolia nuncupantur in quibus ea que videntur obscura vel difficilia summatim ac breviter perstringuntur. Secundum genus omelie sunt quas Latini verbum appellant que proferuntur in populis. Tercium thomi quos nos libros vel volumina nuncupamus. Omelia autem ad vulgus loquitur, thomi vero id est libri maiores sunt disputationes. Dyalogus est duorum vel plurimorum collatio quem Latini sermonem dicunt. Nam quos Greci dyalogos vocant nos sermones vocamus. Sermo autem dictus quia inter utrumque seritur. Unde et in Virgilio multa inter se vario sermone serebant. Tractatus est unius rei multiplex expositio eo quod contrahat sensus et multa secum retractando. Differt autem sermo tractatus et verbum. Sermo enim alteram eget personam, tractatus specialiter ad se ipsum, verbum autem ad omnes. Unde et dicitur verbum fecit ad populum. Commentaria dicta quasi cum mente. Sunt enim interpretationes ut commenta iuris commenta evangelii. Apologeticum est excusatio in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim aut negatione sola positum est et est nomen Grecum. Panagiricum est licentiosum et lascivum genus dicendi in laudibus regum in cuius compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a Grecis exortum est quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit. Fastorum libri sunt in quibus reges vel consules scribuntur a fascibus dicti id est potestatibus. Unde et Ovidii libri fastorum dicuntur quia de regibus et consulibus editi sunt. Proemium est inicium dicendi. Sunt enim proemia librorum que ante causam narrandam ad instruendas audientium aures coaptantur. Cuius nomen plerique Latinitatis periti sine translatione posuerunt. Hoc autem vocabulum apud nos interpretatum prefacio nuncupatur quasi prelocutio. Precepta sunt que aut quid faciendum aut quid non faciendum sit docent. Quid faciendum ut dilige deum tuum et honora patrem tuum et matrem tuam. Quid non faciendum ut non mechaberis non furtum facies.

[Com]munis et gentilium praecepta iubent vel vetant. Iubet sic: ut nudus ara, sere nudus. Vetat ut: neve mihi vites corylum sere, neve flagella summa pete. Primus autem praecepta apud Hebreos Moyses scripsit, apud Latinos Marcius vates primus praecepta composuit, ex quibus est illud: postremus dicas, primus taceas.

Parabole et problemata nominibus suis indicant aliquid se perscrutari oportere. Parabola quippe aliarum rerum similitudinem prae se gerit, que licet sit vocabulum Grecum, iam tamen pro Latino usurpatur. Et notum est quod in parabolis que dicuntur per rerum similitudines rebus de quibus agitur comparantur. Problemata autem, que Latine appellantur propositiones, questiones sunt habentes aliquid quod disputatione solvendum sit. Questio autem est cum queritur an sit, an quid sit, an quale sit. Argumentum vero dictum est quasi argutum, vel quod sit arte inventum appellatur. Epistolam proprie Greci vocant quod interpretatur missa Latine. Stola enim sive stoli ut missa vel ut missi. Ante karte et membranarum usum in dolatis codicellis epistolarum alloquia scribebantur. Unde et portitores earum tabellarios vocaverunt.

De ceris. De kartis. De pergamenis. De conficiendis libris. De librorum vocabulis. De kanonibus ewangeliorum. De kanonibus conciliorum. De ceteris. .ix.

[C]ere litterarum matres, parvulorum nutrices. Ipse dant ingenium pueris, primordia sensus. Quarum studium primum Greci tradidisse produntur. Greci autem et Tusci primum ferro in ceris scripserunt; postea Romani iusserunt ut graphium ferreum quis haberet.

Unde et apud scriptores dicitur: ceram ferro ne cedito. Postea institutum est ut ceras ossibus scriberent, sicut indicat Atta in Satyra dicens: vertamus vomerem in cera mucroneque osso aremus. Grafium autem Grece, Latine scriptorium; nam grafia scriptura est.

Sequitur de kartis et cera

[C]artarum usum primum Egyptus ministravit, ceptum apud Memphiticam urbem. Memphis enim est civitas Egyptiorum ubi karte usus inventus est primum, sicut ait Lucanus: conficitur bibula Memphitis carpta papiro. Bibulam autem papirum dixit quod humorem bibat. Karta autem dicta est eo quod carptum papiri tegimine decerptum conglutinatur. Cuius genera quamplura sunt. Prima autem et precipua augusta regia maioris forme in honorem Octoviani Augusti vocata. Secunda Libiana ob honorem Libie provincie. Tercia hieratica dicta eo quod ad sacros libros eligebatur, similis auguste sed colorata. Quarta teneotica a loco Alexandrie qui ita vocabatur, ubi fiebat. Quinta saitica ab oppido Salo. Sexta Corneliana a Cornelio Gallo prefecto Egypti primum confecta. Septima emporetica quod ea merces involvuntur, cum sit scriptis minus idonea.

De pergamenis

[P]ergameni reges cum carta indigerent membrana primum excogitaverunt. Unde et pergamenorum nomen hucusque tradente sibi posteritate servatum est. Hec et membrana dicuntur quod ex membris pecudum detrahuntur. Fiebant autem primum coloris lutei, id est crocei; postea vero Rome candida membrana reperta sunt, quod apparuit inhabile esse, quia et facile sordescat aciemque legentium ledat. Cum periciores architecti neque

carminaria ponenda sunt in bibliothecis putant neque pavimenta alia quam ex Karistio marmore quod auri fulgor feriret et Caristi viriditas reficiat oculos. Nam et qui nummularium discunt denariorum formas myrtetos pannos sternunt et gemmarum sculptores scarabeorum terga quibus nichil est viridius subinde respiciunt et pictores idem faciunt ut labore visus eorum viriditate recreentur. Membrana autem aut candida aut lutea aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membranum bicolor est quod a confectore una tingitur parte id est crocatur. De quo Persius: Iam liber et positis bicolor membrana capillis. Purpurea vero inficiuntur colore in quibus aurum et argentum liquescens patescat in litteris.

De libris conficiendis

Quedam genera librorum apud gentiles certis modulis conficiebantur. Breviori forma carmina atque epistole. At vero historie maiore modulo scribebantur et non solum in carta vel membranis sed etiam in omentis elefantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum. Cuius generis Cinna sic meminit: Hec tibi Arateis multum invigilata lucernis carmina quis ignes novimus aerios levis in aridulo malve descripta libello Prusiaca vexi munera navicula. Cedro libros perunguere primum Rome ceperunt. Qui ab initio pumicabantur. Unde et Catullus ait: Cui dono lepidum novum libellum arido modo pumice expolitum. Codex multorum librorum est. Unius liber voluminis. Et dictus codex per translacionem a codicibus arborum seu vitium quasi caudex quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat. Volumen est liber a volvendo dictus sicut apud Hebreos volumina legis volumina prophetarum. Liber est interior tunica corticis que ligno coheret. De quo Virgilius: Alta liber haeret in ulmo. Unde et liber dicitur in quo scribimus quia ante usum carte vel membranarum de libris arborum volumina fiebant id est compaginabantur. Unde et scriptores de libris arborum librarios vocaverunt. Librarios autem et bibliopolas dicunt. Librum enim Greci biblum vocant. Librarii autem idem et antiquarii vocantur. Sed librarii sunt qui et nova scribunt et vetera, antiquarii qui tantummodo vetera. Unde et nomen sumpserunt. A scribendo autem et scriba nomen accepit officium scribendi exprimens vocabuli qualitate. Instrumenta scribe calamus et penna. Ex his enim verba paginis infiguntur. Sed calamus arboris est, penna avis. Cuius acumen in duo dividitur in toto corpore unitate servata credo propter misterium ut in duobus apicibus vetus et novum testamentum signaretur quibus exprimitur verbi sacramentum sanguine passionis effusum. Dictus autem calamus quod liquorem ponat. Unde et apud nautas kalare ponere dicitur. Penna autem a pendendo vocata id est volando. Est enim ut diximus avium. Folia autem librorum appellata esse sive ex similitudine foliorum arborum seu quia ex follibus fiunt id est ex pellibus qui de occisis pecudibus detrahi solent. Cuius partes pagine dicuntur eo quod sibi invicem compaginentur. Versus autem vulgo vocati quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum deinde convertebantur ab inferiore et rursus ad dexteram versus

quos et hodie rustici vespiliones vocant. Hec
dicta est quia ad hoc emendat et nondum in li-
bris redacta est et nomine generi sunt et eshomi

De kanonibus ewangeliorum

Kanones ewangeliorum Amonius Al-
lexandrie primus excogitavit
quem postea Eusebius Cesariensis secutus
plenius composuit. Qui ideo facti sunt ut
per eos invenire et scire possimus qui reli-
quorum ewangelistarum similia aut propria
dixerunt. Sunt autem in numero x. Quorum
primus continet numeros in quibus iiii eadem
dixerunt Matheus Marcus Lucas et Iohannes.
Secundus in quibus iii Matheus Marcus et Lu-
cas. Tercius in quibus iii Matheus Lucas
et Iohannes. Quartus in quibus iii Matheus
Marcus et Iohannes. Quintus in quibus ii
Matheus et Lucas. Septimus in quibus ii
Matheus et Iohannes. Octavus in quibus ii
Lucas et Marcus. Nonus in quibus ii
Lucas et Iohannes. Decimus in quibus sin-
guli eorum propria quedam dixerunt. Quorum
expositio hec est. Per singulos enim ewan-
gelistas numerus quidam capitulis affixus
adiacet quibus numeris subdita est era q-
minio notata que indicat in quoto ca-
none positus sit numerus cui subiecta est era.
Verbi gratia si est era prima in primo canone
si secunda in secundo si tercia in tercio et sic per ordi-
nem usque ad decimum pervenies. Si igitur
aperto quolibet ewangelio placuerit scire
qui reliquorum ewangelistarum similia dixe-
runt assumes adiacentem numerum capituli
et requires eundem numerum in suo canone quem
indicat ibique invenies qui et que dixerint
et ita demum in corpore inquisita loca
que eorum numeris indicantur per singula
ewangelia de eisdem dixisse invenies.

De kanonibus conciliorum vi

Kanon autem grece latine regula nuncu-
patur. Regula autem dicta eo quod recte
ducat nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt
regulam dictam vel quod regat vel quod normam
recte vivendi prebeat vel quod distortum pravumque
quid corrigat. Kanones autem generalium con-
ciliorum a temporibus Constantini ceperunt. In precedentibus
namque annis persecutione fervente docendarum ple-
bium minime dabatur facultas. Inde christiani-
tas in diversas hereses scissa est quia non erat
episcopis licencia in unum convenire nisi tempore supradicti
imperatoris. Ipse enim dedit facultatem christi-
anis libere congregari. Sub hoc etiam antiqui
patres in Niceno concilio de omni orbe terrarum
convenientes iuxta fidem ewangelicam et apostoli-
cam secundum post apostolos symbolum tradiderunt.
Inter cetera autem concilia iiii esse venerabiles
synodos que totam principaliter fidem complec-
tuntur quasi iiii ewangelia vel totidem paradisi
flumina. Harum prima Nicena synodus ccc xviii
episcoporum Constantino imperatore augusto peracta
est in qua Arriane perfidie condempnata blas-
phemia quam de inequalitate sancte trinitatis
idem asserebat Arrius consubstancialem
deo patri deum filium eadem sancta synodus
per symbolum definivit. Secunda synodus cl
patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli
congregata est que Macedonium spiritum sanctum
deum esse negantem condempnans consubstancialem
patri et filio spiritum sanctum demonstravit dans
symboli formam quam tota grecorum et latinorum
confessio in ecclesiis predicat. Tercia synodus
Effesiana prima cc episcoporum sub iuniore
Theodosio augusto edita que Nestorium
duas personas in Christo asserentem iusto

anathemate condempnavit confitens mariam in duabus naturis unam domini nostri Ihesu Christi personam. Quarta synodus calcedonensis sexcentorum xxx sacerdotum sub marciano principe habita est in qua euticen constantinopolitanum abbatem verbi dei et carnis unam naturam pronunciantem et eius defensorem dioscorum quondam alexandrinum episcopum et ipsum rursum nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia condempnavit. Predicat autem eadem synodus Christum deum sic natum de virgine ut in eo substantiam divine et humane confitemur nature. Hec sunt iiii synodi principales fidei doctrinam plenissime predicantes. Sed et si que sunt concilia que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt post istorum iiii^{or} auctoritatem omni manent stabilita vigore quorum gesta in hoc opere condita continentur. Synodum autem ex greco interpretari comitatum vel cetum. Concilium vero nomen tractum ex more romano. Tempore enim quo causa agebantur conveniebant omnes in unum communique intencione tractabant. Unde et concilium a communi intencione dictum quasi comcilium nam cilia oculorum sunt. Unde et considium consilium d in l littera transiit. Cetus vero conventus est vel congregatio a coeundo id est conveniendo in unum. Unde et conventus est nuncupatus sicut conventus cetus et concilium a societate multorum in unum.

De cyclo paschali. vii.

Paschalem cyclum ypolitus episcopus temporibus alexandri imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores eusebius cesariensis theophilus alexandrinus prosper quoque natione aquitanus atque victorius amplificatis eiusdem festivitatis rationibus multiplices circulos ediderunt. Cuius quidem vicem beatissimus cyrillus alexandrine urbis episcopus in lxxxxv annos per quinquies decem novies calculos quoto kalendas vel luna decat paschalis solempnitas celebrari summa brevitate notavit. Cyclum autem vocatum eo quod in orbe digestum sit et quasi in circulo dispositum ordine complectatur annorum sine varietate et sine ulla arte. Unde factum est ut cuiusque materie carmina simplici formitate facta cyclica vocarentur. Hinc et kalculum dicunt qui ordine currat seriatim annorum.

Cyclus primus decemnovenalis

B	Commun	iii idus aprilis	luna	xxx (l xx)
	Commun	vi kalendas aprilis	luna	xvi
	Embolismus	xvi kalendas maii	luna	xvii
B	Commun	vi idus aprilis	luna	xx
	Commun	x kalendas aprilis	luna	xv
	Embolismus	ii idus aprilis	luna	xvii
B	Commun	ii nonas aprilis	luna	xix
	Commun	viii kalendas maii	luna	xx
	Embolismus	v vel vi idus aprilis	luna	xv
B	Commun	ii kalendas aprilis	luna	viii vel xviii
	Commun	xii kalendas maii	luna	xx l xix
	Embolismus	nonas aprilis	luna	xv
	Commun	vi kalendas aprilis	luna	xvii
	Commun	xvii kalendas aprilis	luna	xviii
B	Embolismus	vi idus aprilis	luna	xxi
	Commun	ix kalendas aprilis	luna	xvii l xvi
	Embolismus	ii idus aprilis	luna	xx

Cyclus secundus

	Commun	v idus aprilis	luna	xviii
B	Commun	ii kalendas aprilis	l	xx
	Embolismus	xii kalendas maii	l	xxi
	Commun	nonas aprilis	l	xvii
	Commun	v kalendas aprilis	l	xx
B	Embolismus	xv kalendas maii	l	xx
	Commun	kalendas aprilis	l	xvi
	Embolismus	xi kalendas maii	l	xvii
	Commun	idus aprilis	l	xx
B	Commun	vi kalendas aprilis	l	xv

	Embol	xv kl' mai	l	xvi
	Commu	v id' aplis	l	xix
	Commu	viii kl' aplis	l	xv
B	Embol	Id' aprilis	l	xv
	Commu	Nonc aplis	l	xviii
	Commu	v kl' aplis	l	xxi
	Embol	iiii id' aplis	l	xv
B	Commu	kl' aplis	l	xvii
	Embol	xi kl' mai	l	xviii

Cyclus tertius

	Commu	viii id' aplis	l	xv
	Commu	iiii kl' aplis	l	xviii
B	Embol	xv kl' mai	l	xviii
	Commu	vi id' aplis	l	xxi
	Commu	viii kl' aplis	l	xvii
	Embol	xviii kl' mai	l	xviii
B	Commu	Non' aplis	l	xx
	Embol	vii kl' mai	l	xxi
	Commu	iiii id' aplis	l	xvii
B	Commu	iiii non' aplis	l	xx
B	Embol	xi kl' mai	l	xx
	Commu	viii id' aplis	l	xvii
	Commu	iiii kl' aplis	l	xxi
	Embol	xiiii kl' mai	l	xx
B	Commu	iiii non' aplis	l	xvii l xv
	Commu	viii kl' aplis	l	xix
	Embol	xviii kl' mai	l	xx
	Commu	iii kl' aplis	l	xv
	Embol	xiiii kl' mai	l	xv

Cyclus quartus

	Commu	iiii id' aplis	l	xix
	Commu	vii kl' aplis	l	xv
	Embol	xvii kl' mai	l	xv
B	Commu	viii id' aplis	l	xviii
	Commu	iiii kl' aplis	l	xxi
	Embol	iii id' aplis	l	xv
	Commu	iiii non' aplis	l	xviii
B	Embol	x kl' mai	l	xviii
	Commu	(l xviii) viii kl' mai	l	xxi

	Commu	iii kl' aplis	l	xviii
	Embol	xiii kl' mai	l	xviii
B	Commu	iiii id' aplis	l	xx
	Commu	vii kl' aplis	l	xv
	Embol	xvii kl' mai	l	xvii
	Commu	vii id' apl	l	xx
B	Commu	ix kl' apl	l	xv
	Embol	iii id' aplis	l	xvi
	Commu	iii non' apl	l	xix
	Embol	ix kl' mai	l	xx

Cyclus quintus

B	Commu	vii id' apl	l	xvi
	Commu	iii kl' aplis	l	xix
	Embol	xiii kl' mai	l	xx
	Commu	ii non' apl	l	xvi
B	Commu	vii kl' aplis	l	xviii
	Embol	xvii kl' mai	l	xix
	Commu	ii kl' apl	l	xv
	Embol	xvi kl' mai	l	xvi
B	Commu	iii id' apl	l	xviii
	Commu	iii non' apl	l	xxi
	Embol	xvi kl' mai	l	xv
	Commu	vi id' apl	l	xix
B	Commu	iii kl' aplis	l	xx
	Embol (l xiii)	xiiii kl' mai	l	xxi
	Commu	ii non' apl	l	xvii
	Commu	vi kl' aplis	l	xx
B	Embol	xviii kl' mai	l	xx
	Commu	ii kl' aplis	l	xvi
	Commu	xii kl' mai	l	xvii

P Post cuius completionem a decursu
dum recurrendum ab eodem initio
mundi usque ad sextum novissimum cycli a
nni computat anni v. ccc xx [illegible]
circa pascha quam decima luna cum iudeis
celebrabant quocumque die occurrit quod vitiu
sit prius [illegible] nicena synodo prohibuerunt
[illegible] non solum paschalem lunam
et mensem [illegible] quarto sed etiam et diem resurrectionis

dominice obseruationem. Et ob hoc pascha a xiiii
luna usque ad xxi. extenderunt ut dies
dominicus non omitteretur. Pasche autem vo-
cabulum non grecum sed hebreum est nec a passione
quod paschein grece dicitur pati sed a transitu
hebreo verbo pascha appellatum est eo quod
tunc populus dei ex egypto transierit. Unde
in ewangelio: cum vidisset ihesus quia venit
eius hora ut transiret de mundo ad patrem.
Nox ideo per vigilias ducitur propter aduentum
regis ac dei nostri ut tempore resurrectionis
eius nos non dormientes sed vigilantes
inveniat. Cuius noctis duplex ratio est:
sive quod in ea vitam tunc recepit cum
passus est sive quod postea eadem hora
qua resurrexit ad iudicandum venturus
est. Eo autem modo agimus pascha ut non
solum mortem et resurrectionem christi in memo-
riam revocemus sed et cetera que circa eum
attestantur ad sacramentorum significationem
inspiciamus. Propter initium enim nove
vite et propter novum hominem quem iubemur
induere et exuere veterem expurgantes
vetus fermentum ut simus nova conspersio quo-
niam pascha nostrum immolatus est christus.
Propter hanc ergo vite novitatem primus
mensis novorum in anni mensibus celebra-
tioni paschali mystice attributus est.
Quod vero tercie ebdomade die pascha cele-
bratur id est qui dies a quinta decima in vi-
cesima prima hoc significat quia in toto tempore
seculi quod septenario dierum numero agitur
nunc tercium tempus est quo hoc sacramentum
apparuit. Primum tempus enim est ante legem
secundum sub lege tercium sub gratia ubi iam ma-
nifestum est sacramentum prius occultum in prophe-
ticis enigmatibus. Ideo et propter hoc tercia seculi

tempora resurrectio domini triduana est. Quod
vero a quinta decima luna usque ad vicesima
primam per dies vii paschales dies computan-
tur propter numerum septenarium quo universi-
tatis significatio sepe figuratur qui etiam
ipsi ecclesie tribuitur propter instar universitatis.
Unde et iohannes apostolus in apocalipsi ad vii
scribit ecclesias. Ecclesia vero adhuc in ista mor-
talitate carnis constituta propter ipsam mu-
tabilitatem lune nomine in scripturis
significatur. Varia autem observatio compo-
ti paschalis solempnitatis errorem
inducunt. Latini namque a tao no-
nas marcias usque in tao nonas aprilis
primi mensis lunam inquirunt et si in
quinta decima luna die dominico prove-
nit in alium diem pascha differunt.
Greci primam lunam ab viii idus marcias
usque in diem nonum aprilis observant et
si quinta decima luna die dominico incur-
rerit sanctum pascha celebrant. Huiusmodi
ergo dissensio inter utrosque paschalem
regulam turbat. Communis annus dicitur
qui xii tantum lunas habet et est dierum cclui. habet
Vocatur autem communis quia sepe ita duo con-
iuncti incidunt ut in unum se in paschali
solempnitate sequuntur. Nam embolismus
annus superplus est. Embolismus annus
est qui tredecim menses lunares id est
ccc lxxxiiii dies habere monstratur.
Hic est annus quem moyses divinitus re-
uelatus in quo iubentur hii qui lon-
gius stabant in secundo mense pascha
celebrare. Embolismus autem nomen gre-
cum est quod interpretatur latine superaugmen-
tum eo quod in eis annorum communium quibus
xi lunares dies desunt. Embo-
lismi autem anni et communes sic inveniuntur.

Si enim xiiii luna pasche precedentis
usque ad xiiii sequentis ccclxxxiiii
dies fuerint embolismus annus est Si
ccc liiii communis Bissextus est per annos
iiii unus dies adiectus Crescit enim
per singulos annos quarta pars assis at ubi
quarto anno assem compleverit bissextum an-
num facit Vocatus autem bissextus quia bis
sexies ductus assem facit quod est unus
dies sicud et quadrantes per quater duc-
ti quod est bissextus que super dierum cursum
in anno sol facit sive quod negat annus
sibi intendum nisi bissexto nonas marci-
as computamus sex et primo die et vi
nonas marcias et addito bissexto alio
die vi nonas marcias iteramus ab vi
autem nonas marcias usque in die kalendas ia-
nuarii in luna cursus bissextus appo-
nitur atque inde detrahitur Intercalares
autem dies vocantur ideo quod interponuntur
ut ratio lune solis que conveniat kalares
enim ponere dicitur interkalares interponere Epac-
tas grece vocant latini adiectiones annuas
lunares que per undecenarium numerum usque
ad tricenarium in se revolvuntur Quas
ideo egypcii adiciunt ut lunaris cur-
sus rationi solis equetur Luna enim iuxta
cursum suum xxix semis dies lucere
dinoscitur et fiunt in anno lunares dies
ccc liiii remanent ad cursum anni solaris
dies xi quos egypcii adiciunt unde et
adiectiones vocantur Absque hiis non in-
venies luna quota sit in quolibet anno
et mense et die Iste epacte semper xi kalendas
aprilis reperiuntur in eadem luna que fuit
eo die Continentur autem circulo decem no-
venali Sed cum ad xviii epactas perve-
nit qui est circulus xix in sequenti anno
non addas super xviii xi sed xii annales de-
tractis xxx sed inde revertens ut xi prim-

De reliquis festivitatibus viii

F

Festivitas dicta a festis diebus quasi
fasti dialis eo quod in eis sola res di-
vina fit Quibus contrarii sunt fasti in quibus
ius fatur Sollempnitas a sacris dicitur
ita suscepta ut mutari ob religionem non
debeat absoluta id est firmo atque solido no-
minata vel ex eo quod solet fieri in anno Ce-
lebritas autem vocatur quod non ibi terrena sed
celestia tantum agantur Pascha dominicarum festi-
vitatum prima est de cuius vocabulo in superi-
oribus iam diximus Penthecostes sicud et
pascha apud hebreos celebris dies erat
qui post quinque decadas pasche celebrabatur
unde vocabulum sumpsit Pente enim grece
quinque In quo die secundum legem panes proposi-
tionis de novis frugibus offerebantur Cuius
figuram iubileus annus in testamento veteri ges-
sit que nunc etiam per futuram repromissionem
et eternam requiem prefiguravit Epyphania
grece latine apparicio sive manifestacio
vocatur Eo enim die Christus sideris indicio
magis apparuit adorandus quod fuit figura
primicie credencium gencium quo die et dominici
baptismatis sacramentum et per mutatam in vi-
num aquam factorum per dominum signorum principia
extiterunt Due autem sunt epyphanie
prima in qua natus est Christus et pastoribus
hebreorum angelo indicante apparuit Secunda
in qua ex gentium populis stella indicante se-
met presepis cunabula magis adorandus
exhibuit Scenophegia sollempnitas he-
breorum de greco in latinum tabernaculorum de-
dicacio interpretatur que celebratur a iudeis
in memoria expeditionis eorum ab egypto per

mon' i thabernaclis agebat et ex eo sceno
phegia grece cum grece thabernaculum d' q
solempnitas apud hebreos septembri mense
celebratur. Neomenia apud nos kl' ap
hebreos autem quia secundum lunare cursum
menses supputantur et grece mene luna ap
pellatur inde neomenia i. nova luna E
rat enim apud hebreos ipse dies kl' a
ex legali institucione solempnes de quibus
in psalmis d' Canite in neomenia tubam
in die insignis solempnitatis vestre Encenia
e nova templi edificacio Grece enim cen
tenon d' novum Quando enim aliquid novum
dedicatur encenia d' Hanc dedicacionis
templi solempnitatem iudei octobris mense
celebrant. Dies palmarum ideo d' quia in eo
dominus et salvator noster sicut propheta cecinit
ierusalem tendens asellam sedisse perhibetur
Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo
plebium obviam ei clamavit Osanna be
nedictus qui venit in nomine domini rex israel vul
gus autem ideo hunc diem capitilavium vocat
quia tunc moris est lavandi capita infancium
qui ungendi sunt ne observacione quadrage
sime sordidata ad unccionem accederent
Hoc autem die symbolum competentibus tradi
tur propter confinem dominice pasce solempnitatem
ut qui iam ad dei graciam properant fi
dem quam confitentur agnoscant
Cena domini dicta eo quod in eodem die sal
vator cum discipulis suis pascha fecit quod
et hodie sicut traditum est celebratur sanctumque
in eo crisma conficitur atque inicium novi et
veteris cessacio testamenti declaratur. Sab
batum ab hebreis ex interpretacione vocabu
li sui requies nominatur quod deus in ipso perfecto
mundo requieverit. Sic quidem et eo die
requievit dominus in sepulcro ut quietis

illius misterium conservaret quod iudeis obser
vandum in umbra futurorum preceptum est Sed
postquam xpistus in sepultura sua eius figuram
adimplevit observacio eius quievit. Domini
cus dies proinde vocatur quia in eo resur
reccionis domini nostri ihesu xpisti gaudium
celebratur. Qui dies non iudeis sed
xpistianis in resurreccione domini declaratur
et ex illo cepit habere festivitatem suam
Illis enim solum celebrandum sabbatum
traditum est quia erat antea requies mor
tuorum resurreccio autem illius qui re
surgens a mortuis non moritur. Octavus
quoque autem sanctorum est tunc resurreccio in corpore
domini ut paret in capite quod corporis ecclesie
speratur in fine iam dies dominicus i. octa
vus qui et primus celebrari cepit

Sequitur de officiis .ix.

Officiorum plurima genera esse sed pre
cipuum illud quod in sacris divi
nisque rebus habetur. Officium autem ab ef
ficiendo dictum quasi efficium quod propter decorem
sermonis una mutata sit littera ut quisque
illa agat que nulli officiant sed prosint
omnibus. Vespertinum officium est in noctis
inicio vocatum a stella vespero que
surgit oriente nocte. Matutinum vero
officium est in lucis inicio a stella lucifero
appellatum que oritur inchoante mane
Quorum duorum temporum significacione ostenditur
ut nocte ac die semper deus laudetur.
Missa tempore sacrificii est quando cathecumini
foras mittuntur clamante levita Siquis
cathecuminus est exeat foras Et inde
missa quia sacramentis altaris interesse non
possunt qui nondum regenerati noscuntur.
Chorus est multitudo in sacris collecta et dictus

chorus quod in initio in modum corone circum aras starent et ita psallerent. Alii chorum dixerunt a concordia que in caritate consistit, quia si caritatem non habeat, respondere convenienter non potest. Cum autem unus canit, grece monodia, latine sicinium dicitur; cum vero duo canunt, bicinium appellatur; cum multi, chorus. Nam choree ludorum cantilene vel saltationes classium sunt. Antiphona ex greco interpretatur vox reciproca, duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato, sive de uno ad unum. Quod genus psallendi greci invenisse traduntur. Responsorios itali tradiderunt, quos inde responsorios cantus vocant quod alio desinente id alter respondeat. Inter responsorios autem et antiphonas hoc differt, quod in responsoriis unus versum dicat, in antiphonis autem versibus alternant chori. Lectio dicitur quia non cantatur ut psalmus vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic pronuntiatio sola queritur. Canticum est vox cantantis in leticia. Psalmus autem dicitur qui cantatur ad psalterium, quo usum esse David prophetam in magno misterio prodit historia. Hec autem duo in quibusdam psalmorum titulis iuxta musicam artem alternatim sibi apponuntur. Nam canticum psalmi est cum id quod humana vox preloquitur organum modulatur, vox postea cantantis eloquitur. Psalmus vero est cantici, quod humana vox preloquitur ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem a psalterio dicitur, unde mos est ex alio opere cum compositi. Tres autem gradus sunt in cantando: primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris. Diapsalma quidam hebreum

verbum esse voluerunt, quo significatur semper, id est quod illa quibus hoc interponitur sempiterna esse confirment. Quidam vero grecum verbum existimaverunt, quo significatur intervallum psallendi, ut psalma sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum sinpsalma dicitur vocis copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio earum, ubi quedam requies disiuncte continuationis ostenditur. Unde illud probabile est non coniungendas sententias in psallendo ubi diapsalma interposita fuerit, quia ideo interponitur ut conversio sensuum vel personarum esse noscatur. Hymnus est canticum laudantium, quod de greco in latinum laus interpretatur, pro eo quod sit carmen laudis et leticie. Proprie autem hymni sunt continentes laudem Dei. Si ergo sit laus et non sit Dei, non est hymnus. Si sit et laus et Dei laus et non cantetur, non est hymnus. Si ergo et in laudem Dei dicitur et cantatur, tunc est hymnus. Cui contrarium est threnum, quod est carmen lamenti et funeris. Alleluia est duorum verborum interpretatio, hoc est laus Dei, et est hebreum sicut amen, et de x nominibus quibus apud hebreos deus vocatur, alia significat vel sine fidelis quia et amen hebreum est. Que duo verba amen et alleluia nec grecis nec latinis nec barbaris licet in suam linguam omnino transferre vel alia lingua annuntiare. Nam quamvis interpretari possint, propter sanctiorem auctoritate servata est ab apostolis in his propter lingue antiquitatis. Tanto enim sacra sunt nomina ut etiam Iohannes in apocalypsi referat se spiritu revelatione vidisse et audisse vocem celestis exercitus tamquam vocem aquarum multarum et tonitruum validorum dicentium amen et

alia ac per hoc sic oportet in terris utique dici
sicud in celo resonat Osanna in altissimis
lingue interpretacionem interposicio tamen non potest
Osi enim salvifica interpretatur anna interiectio
est motum animi significans sub deprecantis affectu
Integre autem osanna dicitur quod nos corrupta
media vocali littera 2 elisa dicimus osana
sicut 2 sicud fit in versibus cum scandimus littera enim
prima ubi sequentes extrema priores ubi
vocales excludit 2 dicitur hebraice osanna
quod interpretatur salvifica subaudiendo populum
tuum vel mundum totum Offertorium ex
causa suscepit vocabulum factum enim dicitur
oblacio que altari offertur 2 sacrificatur
pontificalibus a quo offertorium nominatur quod
per factum Oblacio vocatur quia offertur
Dona enim proprie dicuntur divina munera humana
namque munera dicuntur obsequia que pauperes
divitibus loco munerum solvuntur Ipsaque mu-
nus humani datur donum deo unde etiam
in templis donaria dicimus munera autem
vocatur quia manibus vel datur vel accipitur
Duo autem sunt que offeruntur donum 2 sa-
crificium Donum dicitur quicquid auro argento quia
qualibet alia specie efficitur Sacrificium autem
est victima 2 quecumque in ara cremantur
seu ponuntur Omne autem quod deo datur
aut dedicatur aut consecratur quod dedica-
tur dicendo datur unde 2 appellatur Unde errore
qui dedicacionem consecracionem putat sacrificale
Immolacio ab antiquis dicta eo quod in mo-
le altaris posita victima cederetur unde
2 mactacio post immolacionem nunc autem
immolacio panis 2 calicis dicitur Liba-
cio autem tamen calicis oblacio est hic
2 illud libabit de sanguine uve sacrificii
2 sicarium quendam peccaris sunt inquit
peteras libare ioui libat ergo ipse

effundere est sumptum quia nomine ex libis
quondam qui in grecia usum repperit vinum
Hostie apud veteres dicebantur sacrificia
que fiebant antequam ad hostem pergeret
Victime vero sacrificia que post victori-
am devictis hostibus immolabantur
2 erant victima maiora sacrificia quam
hostie Alii autem victima dictam puta-
verunt quia ictu percussa cadebat vel quia
vincta ad aras ducebatur Holocaus-
tum illud est ubi totum igne consumitur quod
offertur antiqui enim cum maxima sacrifi-
cia administrarent solebant totas hosti-
as in sacrorum consumere flamma aut 2 ipsa
erant holocaustomata holos enim grece
totum dicitur caustis incensio 2 holocaus-
tum totum incensum Cerimonie apud
latinos dicuntur sacra omnia que apud
grecos orgia vocantur Proprie autem
incensum est doctoribus a carendo appellari
cerimonias quasi carimonias eo quod ea
que in sacris divinis offeruntur in suo
usu carent homines quod nomine etiam
in usu est litteris sacris Alii cerimonias
proprie in observacionibus iudeorum credunt
abstinencia scilicet quarundam escarum
secundum veterem legem eo quod observantes
careant hiis rebus quibus se abstinent
erant Sacrificium dictum quasi sacrum
factum quia prece mistica consecratur in memo-
ria pro nobis dominice passionis Unde
hoc eo iubente corpus Christi 2 sanguinem di-
cimus quod dum sit ex fructibus terre
sanctificatur 2 fit operante sacramentum
invisibiliter spiritu dei eius panis 2 calicis
sacramentum gratia eucaristia dicitur quia
latine bona gratia interpretatur 2 quod

melius sanguine et corpore xpi Sacramentum
est in aliqua celebratione cum res gesta
ita fit ut aliquid significare intelligatur
quod sancte accipiendum est Sunt autem sacramen-
ta baptismum et crisma corpus et sang-
wis que ob hoc sacramenta dicuntur quia sub
tegumento corporalium rerum virtus divina
secretius salutem eorundem sacramentorum
operatur Unde et a secretis virtutibus vel
sacris sacramenta dicuntur que ideo fruc-
tuose penes ecclesiam fiunt quia spiritus sanctus
in ea manens eundem sacramentorum latenter
operatur effectum Unde seu per bonos seu
per malos ministros intra dei ecclesiam dis-
pensantur tamen quia spiritus sanctus mystice vi-
vificat illa qui quondam apostolico in
tempore visibilibus apparebat operibus nec bonorum
meritis dispensatorum amplificantur hec
dona nec malorum attenuantur quia neque qui
plantat est aliquid neque qui rigat
sed qui incrementum dat deus Unde et
grece misterium dicitur eo quod secretam et reconditam
habeat dispensationem Baptismum grece
latine tinctio dicitur quia ibi homo spiritu gratie
in melius immutatur et longe aliud quam
erat efficitur Prius enim fedi eramus
deformitate peccatorum in ipsa tinctione red-
dimur pulcri dealbatione virtutum Unde
et in canticis scribitur canticorum que est ista
que ascendit dealbata Cuius misterium
non aliter nisi sub trinitatis designatione
id est patris et filii et spiritus sancti cognominatione comple-
tur dicente domino ad apostolos ite docete
omnes gentes baptizantes eos in nomine
patris et filii et spiritus sancti Sicut enim in tribus testi-
bus stat omne verbum ita hoc sacramentum
confirmat ternarius numerus nominum divinorum
Quod autem per aquam baptismum datur
hec ratio est voluit enim dominus ut res illa
invisibilis per congruentem sed profecto contrecta-
bili et visibile impertiretur elementum
super quod etiam in principio ferebatur spiritus sanctus
Nam sicut aqua purgatur exterius
corpus ita latenter eius misterio per spiritum sanctum
purificatur et anima Cuius sanctificatio est in-
vocato enim deo descendit spiritus sanctus de celis
et medicatis aquis sanctificat eas de
semetipso et accipiunt vim purgationis
ut in eis et caro et anima delictis inqui-
nata mundetur Crisma grece unctio
nominatur latine ex cuius nomine et xpistus
dicitur et homo post lavacrum sanctificatur nam
sicut in baptismo peccatorum remissio datur
ita per unctionem sanctificatio spiritus adhibetur
et hoc de pristina disciplina qua ungi in
sacerdotium et regnum solebant Ex quo et aa-
ron a moyse unctus que dum corporaliter
fit spiritualiter proficit quomodo et in ipsa baptis-
mi gratia visibilis actus est quod in aqua
mergimur sed spiritualis effectus quod delictis
mundamur Hoc significat illud unguen-
tum peccatricis mulieris super pedes et ea que
dicitur non fuisse peccatrix super ihesu caput
fudisse refertur Manus impositio ideo
fit ut per benedictionem advocatus invitetur
spiritus sanctus Tunc enim ille paraclitus post
mundata et benedicta corpora libens a patre
descendit et quasi super baptismi aquam
tamquam super pristinam sedem recognoscens
quiescit nam legitur quod in principio aquis
superferebatur spiritus sanctus Exorcismus grece
latine coniuratio sive increpatio sermo
est adversus dyabolum ut discedat sicut
illud est in zacharia et ostendit mihi dominus
ihesum sacerdotem magnum stantem coram

angelo domini et Sathan stabat a dextris eius ut adversaretur ei et dixit Dominus ad Sathan increpet Dominus in te Sathan qui elegit Ierusalem. Hoc est exorcismus increpare et coniurare contra diabolum. Unde sciendum est quod non creatura Dei in infantibus exorcizatur aut exsufflatur sed ille sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorum. Symbolum per linguam Grecam signum vel cognitio vel collatio interpretatur. Discessuri enim apostoli ad evangelizandum in gentibus hoc sibi predicationis signum vel indicium posuerunt. Continet autem confessionem trinitatis et unitatem ecclesie et omne christiani dogmatis sacramentum. Quod symbolum fidei et spei nostre non scribitur in carta et atramento sed in tabulis cordis carnalibus. Oratio petitio dicitur, nam orare est petere sicud exorare impetrare. Constat autem certo loco et tempore. Loco quia non ubique cum prohibeamur in publicis orare sed ubi opportunitas dederit aut necessitas importaverit. Neque enim contra preceptum reputatur ab apostolis factum qui in carcere audientibus custodibus adorabant et cantabant deo. De horis. x.

Tertie vero hore et sexte et none missis orationis, sed hec singularibus nam est observatio quarundem horarum quia que diei mensura spatia signant tercia sexta et nona sicut et noctis. Sed ideo hee orandi hore divise sunt ut si forte aliquo fuimus opere detenti ipsum nos ad officium tempus admoneat. Que tempora in scripturis inveniuntur. Primum enim spiritus sanctus congregatis discipulis hora tercia infusus est. Petrus qua die visionem communicationis in illo vasculo expertus est sexta hora orandi gratia ascenderat. Idem etiam cum Iohanne hora nona templum adiit quando paraliticum sanitati restituit.

Daniel et Danielem legimus hoc tempore in oratione observasse et utique ex israhelitis disciplina ut non minus quam ter in die adoremus. Debitores enim sumus trium patris et filii et spiritus sancti, exceptis utique aliis legitimis orationibus que sine ulla admonitione debentur ingressus lucis ac noctis sine vigiliarum sed et alium non primus capere quam in spiritu orationem. Oratio enim studia sunt spiritus refrigeria quia spirita celestia quam vestra. Cum autem vult orationem suam volare ad deum faciat illi duas alas ieiunium et elemosinam et ascendet celerius et exaudietur. Ieiunium est parsimonia victus abstinentiaque ciborum, cui nomen est inditum ex quadam parte visceris ieiuni quod et vacua quod vulgo ieiunium vocatur. Unde ieiunii nomen creditur derivatum, quia semper media viscera vacua et exinanita consistit. Ieiunium autem et statio dicitur. Statio autem de militari exemplo nomen accepit pro eo quod nulla leticia obveniens castris stationem militum insistendo. Nam leticia liberius tempora sollicitius administrat disciplinam. Unde et milites numquam in inconcordis sollicitius magis stationibus parent. Distinguunt autem quidam inter ieiunium et stationem. Nam ieiunium est indifferenter cuiuslibet diei abstinentia non secundum legem sed secundum propriam voluntatem. Statio autem est observatio statutorum dierum vel temporum ut quarte ferie et sexte ferie ieiunium ex veteri lege preceptum. De qua statione dicit ille in ewangelio: ieiuno bis in sabbato id est iiii et vi sabbati. Tempus autem quod legalibus ac propheticis institutionibus indicatum tempus

statuta est ut ieiunium quarti quinti sep-
timi ac decimi mensis vel sicut in e-
vangelio dies illi in quibus ablatus est
sponsus vel sicut observatio quadragesi-
me que in universo orbe apostolica insti-
tutione observatur circa confinium dominice pas-
sionis. Hys tamen genus quoddam absti-
nentie quod xerofagia dicunt abstinen-
tia scilicet aliorum ciborum unde et no-
men sic datum eo quod siccis quibusdam
cibis utatur. Penitentia appellata
quasi punitentia eo quod ipse homo in
se penitendo puniat quod male admisit.
Nam nihil aliud agunt quos ve-
raciter penitet nisi ut id quod male fece-
runt impunitum esse non sinant. Eo qui-
ppe modo sibi non parcentibus ille parcit cuius
altum iustumque iudicium nullus contemptor
evadit. Perfecta est autem penitentia preteri-
ta deflere et futura non admittere.
Hec secunda in similitudinem fontis est
ut si forte impugnante diabolo aliquis
peccatum incurrerit huius satisfactione pur-
getur. Satisfactio autem est causas peccatorum
et suggestiones excludere et ultra peccatum
non iterare. Reconciliatio vero est que
post complementum penitentie adhibetur.
Nam sicut conciliamur deo quando primum a
gentilitate convertimur ita reconciliamur
quando post peccatum penitendo regredimur. Ex-
omologesis greco vocabulo dicitur quod latine
confessio interpretatur cuius nominis du-
plex sive interpretatio significatio est. Aut
enim in laude confessio intelligitur sicut
est illud confiteor tibi domine pater celi et
terre aut dum quisque confitetur peccata sua
ab eo indulgenda cuius indeficiens

est misericordia. Ex hoc igitur greco vocabulo exprimitur
et frequentatur exomologesis qua delicta
nostra domino confitemur non quidem ut ignara-
ro cuius cognitioni nihil occultum est.
Sed confessio est res sic eius quod ignoratur
professa cognitio valet enim ad veniam. Si
quisque se existimaverit reum adulterii
fuerit sed ubi sibi etiam dampnationi obnox-
ia esse cognovit cognitus sibi confitetur
errorem. Confessio autem erroris professio
est desinendi. Desinendum ergo a peccatis
est. Confessio autem antecedit remissio sequitur.
Ceterum extra veniam est qui peccatum cognoscit
nec cognitum confitetur. Ita exomologesis
prosternendi et humiliandi hominis est disciplina
habitu atque victu sacco et cineri incubare
corpus sordibus obscurare animum meroribus
deicere illa que peccavit tristi tractatione
mutare. Letanie greco nomine appellantur
que rogationes latine dicuntur. Inter
letanias autem et exomologesis hoc differt
quod exomologesis pro sola confessione
peccatorum agitur letania vero que indicitur
propter rogandum deum et impetrandam in aliquo
misericordiam eius. Sed nunc vero utrumque vocabulum
sub una designatione habetur nec distat
vulgo utrum letanie an exomologesis
dicatur. Supplicationis autem nomen quod
tamen nunc ex gentilitate retinet na-
fele aut legione erat apud eos
aut in dicte. Judicte aut ex pompe-
tis antiquorum romanorum extollatione
sacrificabant aut ex delictis dampnatorum
inde supplicia dicuntur supplicationes
que fiebant delictis passorum supplicia
Sacra enim res de rebus excendorum
fiebant. Explicit liber sextus

Incipit capitulum libri septimi

Incipit liber septimus primum de deo

Beatissimus ieronimus vir eru-
ditissimus et multarum linguarum
peritus hebreorum nominum inter-
pretationem primus in latinam lin-
guam convertit Ex quibus pro brevitate pre-
termissis multis quedam huic operi ad-
iectis interpretationibus interponenda studui
Vocabulorum enim expositio satis indicat
quid velint intelligi Habent enim quedam
ex propriis causis rationem nominum In principio
autem x nomina ponimus quibus apud
hebreos deus vocatur Primum apud
hebreos dei nomen hel dicitur quod alii deum
alii ethymologiam eius exprimentes
chirus id est fortem interpretati sunt ideo
quod nulla infirmitate opprimatur sed fortis
est et sufficiens ad omnia perpetranda Secundum
nomen eloy tertium eloe quod utrumque in
latinum eloquio appellatione transfertur
Nam deus grece theos fenos dicitur
id est timor unde tractum est deus quod eum
colentibus sit timor Deus autem proprie
nomen est trinitatis pertinens ad patrem
et filium et spiritum sanctum Ad quam trinitatem
etiam reliqua que inde infra sunt
posita vocabula referuntur Quartum
nomen dei dicitur sabbaoth quod vertitur
in latinum exercituum sive virtutum de
quo in psalmo ab angelis dicitur Quis
est iste rex glorie dominus virtutum Habet
enim in huius mundi ordinatione virtutes
multas ut angelos archangelos principatus
potestates cunctosque celestis milicie ordines
quorum ille tamen dominus est Omnes
enim sub ipso sunt eiusque dominatui sub-
iacent Quintum nomen elyon quod
interpretatur in latinum excelsus quia super
celos est sicut scriptum est de eo ex-
celsus dominus et super celos gloria eius
Excelsus autem dictus quasi valde
celsus Ex enim pro valde ponitur
sicut eximius quasi valde eminens
Sextum eye id est qui est Deus enim
solus quia eternus est hoc est quia
exordium non habet essencie veri nomen
habet Hoc enim nomen ad servum moysen
per angelum est delatum querenti enim
quod esset nomen eius qui eum ire pre-
cipiebat ad populum ex egipto liberan-
dum dixit ego sum qui sum et dices
filiis israel qui est misit me ad vos

tamquam in eius comparatione qui vere est et
inmutabilis est ea que mutabilia
facta sunt quasi non sunt. Quod enim dicitur
fuit non est et quod dicitur erit non dum est.
Deus autem tantum novit fuisse et futurum
esse non novit. Solus enim pater cum filio
et spiritu sancto veraciter est cuius essentie comparatum
esse nostrum non esse est. Unde et in colloquio
dicimus vivit deus quia eterna vita vivit
quam mors non habet. Septimum adonay
quod generaliter interpretatur dominus quod dominetur creature
cuncte vel quia creatura omnis dominatui eius
deserviat. Dominus ergo et deus vel quia dominetur
omnibus vel quia timeatur a cunctis. Octavum
ia quod ideo tantum ponitur quia etiam in alleluia
in novissima sillaba sonat. Nonum tetra-
gramaton hoc est in quatuor litteris quod proprie apud
hebreos in deo ponitur ioth he ioth he id est
duabus ia que duplicata ineffabile illud
et gloriosum dei nomen efficiunt. Dicitur
autem ineffabilis non quia dici non potest sed
quia finiri sensu et intellectu humano nullatenus
potest ineffabilis est. Decimum saddai id est
omnipotens. Vocatur autem omnipotens eo quod
omnia potest sed faciendo quod vult non patiendo
quod non vult. Quod si ei accideret neque-
quam esset omnipotens. Facit enim quidquid
vult et inde omnipotens. Item omnipotens
quia ipsius sunt omnia que ubique sunt. Solus
enim totius mundi habet imperium. Dicuntur
autem et alia substantialiter quedam in dei
nomina ut inmortalis incorruptibilis
inmutabilis eternus. Unde et merito
preponitur creature. Inmortalis sicut
de eo scriptum est qui solus habet inmortalitatem
quia in eius natura nulla est commutatio.
Nam omnis mutabilitas non incongrue
mortalis dicitur secundum quam et anima dicitur mori

non quia in corpus vel in aliqua alia substantiam
mutatur et vertitur sed in ipsa sua substantia quidquid
alio modo nunc est aut fuit secundum id quod desi-
nit esse quod erat mortalis utique deprehenditur
ac per hoc solus deus dicitur inmortalis quia solus
inmutabilis. Incorruptibilis appellatur
quia corrumpi et condissolvi non potest nec dividi.
Quidquid enim capit divisionem et interitum capit.
Ille nec dividi nec interire potest. Unde incorrup-
tibilis est. Inde inmutabilis est quia semper
manet et mutari nescit nec proficit quia perfectus
est nec deficit quia eternus est. Eternus est
qui sine tempore est. Non enim habet initium neque
finem. Hic est sempiternus eo quod sit semper
eternus. A quibusdam autem eternus ab ethere
deus creditur quo celum sedes eius habetur
unde est illud celum celi domino. Et ista
quidem multa unum significat. Nam una eadem-
que res dicitur sive dicatur eternus deus sive
inmortalis sive incorruptibilis sive in-
sive diuiticui Judith laudas nl cfi
tes Hester abscondsa Zacharias me
moria dni obli q tamt incorrale tes
tamenti sci sui Johes baptista dni
gra eo q sit limes ppheie pnuas9
gre sive inicium baptismatis p q
gra instruit iohis baptiste hij se
pphe veteris noui q testamenti quoz
finis xpus tui & apre 2 pphaz in
gentib dedi te Phetie aut gna
septe sc Primu genus extasis
q est mentis excessus sicud vidit
petrus vas illud sb inissu decelo i
stupe mentis cum varijs aialibus
Secudu genus e visio sicud legim9
apud esayam dicetez vidi dnm se
detez sup soliu excelsu Terciu ge9
e sopniu sicud iacob sb irxoaz in
celo scalaz dormies vidit Quartu
genus p nubez sicud ad moysen 2
ad iob p9 plagam loquit deus
Quitu genus vox decelo sicud
ad abrahaz sonuit dices ne mittas
manu tua i puez Et ad saulu
i via saule saule q me psequis
Sextu genus accita pabola sicud
apud salomone i pubijs 2 apud
balaa cu euocaret abalat Septim
genus replecco sci spus sicud sene
apud omes pphas alij tria gna
visionu ee dixerut vnu sedm o
clos corpis sicud vidit abraham
tres viros sb ilice mabre 2 moy
ses ignie i rubo 2 discipli tiusfi
gratu dnm i monte int moysen
2 helia 2 cetra huiusmoi Aliud sp9
spus quo ymaginam i ea q p cor9

sentiunt sicut vidit petrus discum illum submitti de celo cum variis animalibus et sicut esaias dominum in sede altissima non corporaliter sed spiritualiter vidit. Non enim deum forma corporea terminat sed quemadmodum figurate non proprie multa dicuntur ita etiam figurate multa monstrantur. Tertium autem genus visionis est quod neque corporis sensibus neque illa parte qua corporalium rerum imagines capiuntur sed per intuitum mentis quo intellecta conspicitur veritas sicut daniel preditus mente vidit quod balthazar viderat corpore sine quo genere illa duo vel infructuosa sunt vel etiam in errorem mittunt. Omnia tamen hec genera spiritus sanctus moderatur. Hec autem prophetia non solum bonis sed etiam malis fuit nam etiam saulem regem prophetasse perleguntur cum sequeretur david et impletus spiritu sancto prophetare cepit.

De apostolis .ix.

Apostoli missi interpretantur. Hoc enim eorum nomen indicat. Nam sicut angeli grece latine nuncii vocantur ita grece apostoli latine missi interpretantur. Ipsos enim misit christus evangelizare per universum mundum ita ut quidam persas et indos penetrarent docentes gentes et facientes in nomine christi magna et incredibilia miracula ut attestantibus signis et prodigiis crederetur illis in his que dicebant et viderant. Habent enim plerique eorum ex causis suorum vocabulorum. Petrus a petra nomen accepit hoc est a christo super quem fundata est ecclesia. Non enim a petro petra sed petrus a petra nomen sortitus est sicut non christus a christiano sed christianus a christo vocatur. Ideoque dominus ait Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam quia dixerat petrus tu es christus filius dei vivi. Deinde ei dominus super hanc petram quam confessus es inquit edificabo ecclesiam meam. Petra enim erat christus super quod fundamentum etiam ipse edificatus est petrus. Cephas dictus eo quod in capite sit constitutus apostolorum. Cephalin enim grece caput dicitur et ipsum nomen in petro syrum est. Symon bariona in lingua nostra sonat filius columbe et est nomen syrum pariter et hebreum. Bar quippe syra lingua filius iona hebraice columba utroque sermone dicitur bariona. Alii simpliciter accipiunt quod symon id est petrus filius sit iohannis iuxta illam interrogacionem symon iohannis amas me et voluerunt scriptorum vicio depravatum ut pro bariohanna hoc est filius iohannis bariona scriptum sit una detracta sillaba. Iohanna interpretatur domini gratia et fuisse petrus eundem petrum cephan et symon bariona. Symo autem hebraice interpretatur audiens. Paulus hebreo sermone dicitur temptacio eo quod primus in temptacione sit ecclesie constitutus. Persecutor enim erat unde nomen habebat istud quando persequebatur christianos. Postea mutato nomine de saulo factus est paulus qui interpretatur mirabilis sive electus. Mirabilis ut quia multa signa fecit vel quia ab illirico usque ad oceanum evangelium christi in omnibus gentibus predicavit. Electus sicut in actibus apostolorum spiritus sanctus dicit Segregate mihi paulum et barnabam ad opus quod elegi eos. Latino autem sermone paulus modicus

dico deus Unde et ipse ait Ego sum
minimus apostolorum omnium Cum enim paulus
superbus clarus qui uero paulus humi-
lis modicus ideo sic loquitur Pau-
lo post videbitis me i. modicum nam et
modicus fuit est ipse dicit Ego u-
sic nouissimus omnium apostolorum et michi
minimo omnium sanctorum Cephas autem et pau-
lus ideo mutato sunt nomine vocati
ut esset etiam ipso nomine nouum sic
abraham et sara Andreas frater petri
tamen et iohannes grata secundum hebraicam
ethimologia interpretatur decorus sive
virilis Symone autem grece amico vi-
lis appellatur Iohannes ex quodam vati-
cinio exquisito nomine accepit interpre-
tatur enim in quo est dei gratia apud
eum cum ceteris apostolis dilexit Ihesus
Iacobus zebedei apud cognominatur
quem relinquens et iohannes verbo patrem
secuti sunt Hii sunt filij tonitrui qui
etiam boanerges ex firmitate et magni-
tudine fidei nominati sunt Hic est iacobus
filius zebedei frater iohannis qui post
ascensionem domini ab herode manifes-
tatur occisus Iacobus alphei ob distinc-
tionem prioris cognominatus qui dicitur filius
zebedei secundum iste filius alphei Cog-
nomentum igitur ambo apud sumpserunt
Iste est iacobus minor qui in euangelio
frater domini nominatur quia maria uxor alphei
soror matris domini qua mariam cleophe
iohannes euangelista cognominat a
patre sive agnatione familie aut
quacumque alia causa ei nomen impo-
nens Alpheus autem hebreo sermone
in latinum exprimitur millesimus sive doc-
tus Philippus os lampadarum vel os

manuum Thomas abyssus vel geminus
unde et grece didimus appellatur Bartho-
lomeus filius suspendentis me aquas
syrum est non hebreum Mattheus
in hebreo donatus exprimitur idem et ap-
pellatus levi ex tribu ex qua ortus
fuit in latino autem ex opere publicani
nomen accepit qui ex publicanis
fuit electus et in apostolatum translatus
Symon chananeus ad distinctionem
symonis petri de vico galylee
chana ubi aquas deus mutavit
in vinum Hic est qui in alio euan-
gelista scribitur zelotes Chanaan
quippe zelum interpretatur Iudas
iacobi qui alibi appellatur lebbeus
figuratum nomen ex corde quod nos
corculum diminutive possumus appellare
Hic in alio euangelista tatheus scri-
bitur quem ecclesiastica tradit historia
missum edessam ad abagarum
regem Iudas scarioth est vel a
vico in quo natus est vel ex tribu
ysachar vocabulum sumpsit quodam
presagio futuri in condempnationem sui Y-
sachar enim interpretatur merces ut signi-
ficaretur precium proditoris quo ven-
didit dominum sicut scriptum est Et acce-
perunt mercedem meam triginta ar-
genteos precium quo appreciatus quem sum
ab eis Matthias qui inter apostolos
sine cognomine solus habetur inter-
pretatur donatus ut scilicet audiatur pro iuda
Iste enim in loco eius electus est ab
apostolis cum pro duobus sortes mitterentur
Marcus excelsus mandato utique
euangelium altissimi quod predicavit Lu-
cas ipse consurgens sive ipse eleuans

eo q(uod) elevavit p(re)dicatores evangelii p(re)t(er) alios Barnabas filius p(ro)phete ut filius

De v(ir)ginis nob(ili)b(us) .x. (consolacionis)

m Aria illuminatrix sive stella maris

genuit eum lumine mundi si= mone aut(em) syro maria d(omi)na nuncu= pat(ur). Et pulcherrime q(ui)a d(omi)n(u)m genuit E= lizabeth dei mei saturitas vel dei mei iuramentu(m) Magdalena turris s(ive) p(er)= tinax veritas p(ro)motas Grece aut(em) sy= ro interp(re)tat(ur) dnans Nathanael don(um) dei q(ui)a dolus i(n) simulato dono dei i(n) eo no(n) fuit Zebedeus donat(us) sive flu= ens iste Zatheus instus sive iustifi= cat(us) aut iustificandus syru(m) e(st) nome(n) no(n) hebreu(m) Lazarus adiutus eo q(uod) sit a morte resuscitat(us) Herodes pelli= ce(us) gloriosus Kayphas i(n)vestigator aut sagax aut fame(n)s ore iniquo eu(m) ore suo iustu(m) (con)dempnavit q(uonia)m(?) ius(?) th(?) mysterio p(ro)phetali nunciassent Pontius declinas (con)siliu(m) utiq(ue) iudeoru(m) accep= ta eu(m) aqua lavit manus suas dicens innocens ego sum a sanguine iusti hui(us) Pylatus os malleatoris q(ui)a d(omi)nu(m) x(ristu)m ore suo 2 iustificat 2 (con)dempnat in ore malleatoris utiq(ue) p(ro)prie fecit Bar= rabas filius magistri eoru(m) absq(ue) dubio iudeoru(m) magistri qui e(st) dyabol(us) homici= dioru(m) auctor q(ui) usq(ue) hodie regnat i(n) (e)is

De martirib(us) .xi.

m Artires grece lingwa latine

testes dicunt(ur) unde 2 testimonia grece martiria nuncupat(ur). Testes aut(em) ideo vocati s(un)t q(uia) p(ro) testimonium x(risti) passiones sustinuerunt 2 usq(ue) ad mor= tem p(ro) veritate certaverunt Quod vero no(n)

testes q(uod) latine utiq(ue) possimu(s) dicere s(ed) grece m(arti)res appellam(us) familiaros eccle= siis sic grecu(m) verbu(m) sonat sicud 2 multa greca nomina quib(us) p(ro) latinis utim(ur). martiru(m) p(ri)m(us) i(n) novo testame(n)= to stephan(us) fuit qui hebreo sermo(n)e interp(re)tat(ur) norma q(uod) prior fuit i(n) mar= tirio ad imitatione(m) fideliu(m) idem aut(em) 2 greco sermo(n)e i(n) latinu(m) v(er)tit(ur) coronatus 2 h(oc) p(ro)phetice ut q(uod) seq(ue)ret(ur) i(n) v(er)naculo quodam futuri p(ri)mus i(n) vocabulo resonaret passus e(st) eni(m) 2 q(uo)d vocabu(lo) accepit stephan(us) eni(m) corona d(icitu)r humilit(er) lapidatus s(ed) sublimit(er) coronat(us) Duo s(unt) aut martirii gen(er)a unu(m) i(n) ap(er)ta passione alteru(m) i(n) occulta animi v(ir)tute na(m) multi hostis insidias tollerantes 2 cunctis carnalib(us) desiderijs resistentes p(er) h(oc) q(uod) s(e) omnipotenti deo i(n) corde mac= taverunt eciam pacis t(em)p(o)re martires facti s(unt) qui eciam si p(er)secucionis t(em)p(u)s existeret martires e(ss)e potuerunt

De cleris i(n) clericis .xii.

c Leros 2 clericos hinc appellat(os) q(ui)a mathias sorte electus e(st) q(ue)m p(ri)mum p(er) ap(osto)los legim(us) ordina= tu(m) Clerus grece sors vel h(er)editas d(icitu)r p(ro)pt(er)ea g(o) d(icitu)r clerici q(ui)a s(unt) de sorte d(omi)ni vel q(ui)a d(omi)nu(m) p(ar)tem h(abe)nt Generalit(er) aut(em) cl(er)ici nuncupat(ur) omnes qui i(n) eccl(es)ia x(rist)i des(er)viunt quoru(m) gradus 2 nomina h(e)c s(unt) Hostiarius psalmista lector exor= cista acolit(us) subdyacon(us) dyaconus p(res)b(ite)r ep(iscop)us Ordo ep(iscop)oru(m) q(ua)drip(ar)tit(us) e(st) idem i(n) patriarchis archiep(iscop)is me= tropolitanis 2 ep(iscop)is Patriarcha

[gre]ca lingua summus pater interpretatur quia primum id est apostolicum teneat locum et ideo quia summo honore fungitur tali nomine censetur sicut romanus antiochenus et alexandrinus. Archiepiscopus greco vocabulo quod sit summus episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam et presidet tam metropolitanis quam episcopis ceteris. Metropolitani autem a mensura civitatum vocantur. Singulis enim provinciis preeminent quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt sine quibus nichil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim totius provincie ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum quas singulariter acceperunt. Patriarcha pater principum. Archiepiscopus princeps episcoporum. Metropolitanus a mensura civitatis. Episcopatus autem vocabulum inde dictum quod ille qui superefficitur superintendat curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim grece latine intendere dicitur. Episcopi grece latine speculatores interpretantur. Nam speculator est prepositus in ecclesia dictus eo quod speculetur atque prospiciat populorum infra se positorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est quasi via sequentium. Ipse et summus sacerdos ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas. Ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit. Ipse quod unusquisque facere debeat ostendit. Antea autem pontifices et reges erant.

Nota q

Nam maiorum hec erat consuetudo ut rex esset etiam sacerdos vel pontifex. Unde et romani imperatores pontifices dicebantur. Vates a vi mentis appellatos cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem modo prophetam significat modo poetam. Antistes sacerdos dictus ab eo quod ante stat. Primus enim est in ordine ecclesie et supra se nullum habet. Sacerdos autem nomen habet compositum ex greco et latino quasi sacrum dans. Sicut enim rex a regendo ita sacerdos a sacrificando vocatus est. Consecrat enim et sanctificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hii in capite habebant pilleum in quo erat brevis virga desuper habens lane aliquid. Quod cum per estum ferre non possent filo tantum capita religare ceperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nephas erat. Unde a filo quo utebantur flamines dicti sunt quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pilleum inponebant pro sacerdotii eminentia. Presbiter grece latine senior interpretatur non pro etate vel decrepita senectute sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt. Ideo autem et presbiteri sacerdotes vocantur quia sacrum dant sicut et episcopi qui licet sint sacerdotes tamen pontificatus apicem non habent quia nec crismate frontem signant nec paraclitum spiritum dant quod solis deberi episcopis lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbiteri fuerunt quia illud nomen dignitatis est hoc etatis. Levite ex nomine auctoris vocati. De levi enim levite exorti sunt a quibus in templo dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hii grece diacones latine ministri dicuntur quia sicut in sacerdote

consecratos ita in dyaconis ministerii dispe-
satio habetur. Hypodiacones grece quos nos
subdiacones dicimus qui ideo sic appellantur
quia subiacent preceptis et officiis levitarum.
Oblationes enim in templo dei a fidelibus
ipsi suscipiunt et levitis superponendas
altaribus deferunt. Hij apud hebreos
nathanei vocantur. Lectores a legendo psal-
miste a psalmis canendis vocati. Illi e-
nim predicant populis quid sequantur isti canunt ut
excitent ad compunctionem animos audientium.
Licet et quidam lectores ita miseranter pronun-
tiant ut quosdam ad luctum lamentationemque
compellant. Idem etiam pronunciatores
vocantur quod porro annunciant. Tanta enim
et tam clara erit eorum vox ut quamvis
longe positorum aures adimpleat. Can-
tor autem vocatus quia voce modulatur in
cantu. Huius duo genera dicuntur in arte mu-
sica sicud ea docti homines latine dice-
re potuerunt precentor et succentor. Precentor
scilicet qui vocem premittit in cantu, succentor
autem qui subsequenter canendo respondet. Con-
centor autem dicitur quia consonat; qui autem non
consonat nec concinit nec concentor erit. Acoli-
ti grece latine ceroferarii dicuntur a de-
portandis cereis quando legendum est evangelium
aut sacrificium offerendum. Tunc enim accen-
duntur luminaria ab eis et deportantur non
ad effugandas tenebras dum sol eodem
tempore rutilat sed ad signum letitie demon-
strandum ut sub typo luminis corporalis illa
lux ostendatur de qua in evangelio legitur:
Erat lux vera que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Exorciste
ex greco in latinum adiurantes sive incre-
pantes vocantur. Invocant enim super cathe-
cuminos vel super eos qui habent spiritum

inmundum nomen domini Ihesu adiurantes
per eum ut egrediatur ab eis. Hostiarii idem
et ianitores qui in veteri testamento electi
sunt ad custodiam templi ut non ingrediatur
ad eum inmundus in omni re. Dicti autem
hostiarii quod presint hostiis templi.
Ipsi enim tenentes clavem omnia intus
extraque custodiunt atque inter bonos et
malos habentes iudicium fideles recipi-
unt respuunt infideles.

Sequitur de monachis xiii.

m Monachus greca ethimologia vo-
catus eo quod sit singularis. Monos
enim grece singularitas latine dicitur. Ergo
si solitarius interpretatur vocabulum mo- Nota
nachi quid facit in turba qui solus est?
Plura sunt genera monachorum. Cenobite
quos nos in commune viventes possimus
appellare. Cenobium enim est plurimorum.
Anachorete sunt qui post cenobialem vitam
deserta petunt et soli habitant per deserta
et ab eo quod procul ab hominibus recesserunt
tali nomine nuncupantur. Anachorite
Heliam et Iohannem, cenobite apostolos i-
mitantur. Heremite hij sunt qui et ana-
chorite ab hominum conspectu remoti heremum
et solitudines desertas appetentes. Nam
heremus dicitur quasi remota. Abba autem
syrum nomen significat in latinum pater,
quod Paulus Romanis scribens exponit
dicens in quo clamamus abba pater, uno
nomine duabus usus linguis dicit enim
abba syro nomine patrem et rursus
latine nominat eundem patrem.

De ceteris fidelium nominibus xiiii.

Cristianus quantum interpretatio ostendit
de unctione deducatur sive de nomine

auctoris et creatoris Christi. Christiani enim sic cognominati sicut a Iuda Iudei. De magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum est. Christianos olim Iudei quasi obprobrio Nazareos vocabant, pro eo quod Dominus noster atque Salvator a vico quodam Galilee Nazareo sit appellatus. Non se autem glorietur Christianus qui nomen habet et facta non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit opus, certissime ille est Christianus qui factis se ostendit Christianum, ambulans sicut et ille ambulavit a quo nomen trahit. Catholicus universalis sive generalis interpretatur. Grece enim universale catholicum vocant. Orthodoxus est recte credens et ut credit vivens. Ortho enim Grece recte dicitur, doxa Grece gloria est, id est vir recte glorie. Quo nomine non potest vocari qui aliter vivit quam credit. Neophitus Grece, latine novellus et rudis fidelis et nuper venditus interpretatur. Cathecuminus dictus pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit, nec dum tamen baptismum recepit. Nam cathecuminus Grece auditor interpretatur. Competentes vocati quod post instructionem fidei competunt gratiam Christi, unde et competentes vocati. Laycus popularis. Laos enim Grece populus dicitur. Proselitus id est advena et circumcisus qui miscebatur populo Dei gentibus.

Explicit liber septimus

Incipit capitulum libri octavi

Incipit liber viii. De ecclesia et synagoga

Ecclesia est grecum quod in latinum vertitur convocatio, propter quod omnes ad se vocat. Catholica universalis, apo tou kath olon, id est secundum totum. Non enim sicut conventicula hereticorum in aliquibus regionum partibus coartatur, sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur. Quod etiam apostolus approbat ad Romanos dicens: Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis quod fides vestra annunciatur in universo mundo. Hinc et universitas ab uno cognominata est, propter quod in unitatem colligitur. Unde Dominus in evangelio: Qui mecum non colligit, spargit. Cur autem ecclesia cum una sit, Iohannes septem scribit, nisi quod una catholica septiformi plena Spiritu designetur? Sicut et de Domino novimus dixisse Salomonem: Sapientia edificavit sibi domum et excidit columpnas septem. Que tamen septem una esse non ambigitur, dicente apostolo: Ecclesia Dei vivi, que est columpna et firmamentum veritatis. Inchoavit autem ecclesia a loco ubi venit Spiritus Sanctus de celo et implevit in uno loco sedentes. Peregrinationis autem presentis ... ecclesia

syon dicitur eo quod absita peregrinationis longitudine posita promissionem rerum celestium speculetur. et ideo syon id est speculatio nomen accepit. Pro futura vero patria celestis pace iherusalem vocatur. nam iherusalem pacis visio interpretatur. ibi enim absorpta omni adversitate pace que est christus presenti obtinebit obtutu. Ihnc

Synagoga grece congregatio dicitur quod proprium nomen iudeorum populus tenuit. ipsorum enim proprie synagoga dici solet quamvis et ecclesia dicta sit. Nostram apostoli numquam synagogam dixerunt sed semper ecclesiam sive discretionis causa sive quod inter congregationem unde synagoga et convocationem unde ecclesia nomen accepit distet aliquid. quod scilicet congregari et pecora solent quorum et greges proprie dicimus. Convocari autem magis est utentium ratione sicut sunt homines. congregari

De religione et fide. ii.

Dogma a putando philosophi nominaverunt id est hoc puto esse bonum hoc puto esse verum. Religio appellata quod per eam uni deo religamus animas nostras ad cultum divinum vinculo servitutis quod verbum compositum est a relegendo id est eligendo ut ita latinum videatur religio sicut eligio. Tria sunt autem que in religionis cultu ad colendum deum in hominibus perquiruntur id est fides spes caritas. In fide quid credendum in spe quid sperandum in caritate quid sit amandum. Fides est qua veraciter credimus id quod nequaquam videre valemus. nam credere iam non possumus quod videmus. Proprie autem nomen fidei inde est dictum si omnino fiat quod dictum est aut promissum. et inde fides vocata ab eo quod fit illud quod inter utrosque placitum est quasi inter deum et hominem hinc et federis. Fides

Spes vocata quod sit pes progrediendi quasi est pes. Unde et contrario desperatio dicitur. deest enim ibi pes nullaque progrediendi facultas est quia dum quisque amat peccatum futuram gloriam non sperat. Caritas grece latine dilectio interpretatur quod nos in se liget. Nam dilectio a duobus incipit quod est amor dei et proximi de qua apostolus plenitudo legis est dilectio. Maior est autem habet omnibus quia qui diligit et credit et sperat. qui autem non diligit quamvis multa bona faciat frustra laborat. Omnis autem dilectio carnalis non dilectio sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tantum in melioribus rebus accipi solet

De heresi et scismate. iii.

Heresis grece ab electione vocatur quod scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius illi esse videtur ut philosophi peripatetici academici epicurei et stoyci vel sicut alii qui perversum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserunt. Inde ergo heresis dicta greca voce ex interpretatione electionis qua quisque arbitrio suo ad instituenda sive ad suscipienda quelibet ipse sibi eligit. Nobis vero nichil ex nostro arbitrio inducere licet sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxit. Apostolos dei habemus auctores qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt sed acceptam a christo disciplinam fideliter nationibus assignaverunt. Itaque etiam si angelus de celis aliter evangelizaverit anathema vocabitur. Secta a sequendo et tenendo nominata. nam sectas dicimus habitus animorum ac instituta circa disciplinam vel propositum quod tenendo sequuntur

longe alia et religiosior cultu optimates quique certe. Scisma a scissura animorum vocatum. Eodem enim cultu eodem ritu credit ut ceteri, solo congregationis delectatur dissidio. Fit autem scisma cum dicunt homines: nos iusti sumus, nos sanctificamus inmundos, et cetera similia. Superstitio dicta eo quod sit superflua aut superinstituta observatio. Alii dicunt a senibus, quia multis annis superstites per etatem delirant et errant superstitione quadam, nescientes que vetera colant aut que veterum ignari adsciscant. Lucretius autem superstitionem dicit superstantium rerum et celestium et divinorum que super nos stant, sed male dicit. Hereticorum autem dogma ut facile possit agnosci, causas eorum ac nomina demonstrare oportuit.

De heresibus iudeorum .iiii.

Iudei confessores interpretantur. Multos enim ex eis sequitur confessio, quos antea perfidia possidebat. Hebrei transitores dicuntur, quo nomine admonentur ut de peioribus ad meliora transeant et priores errores relinquant. Pharisei et Saducei inter se contrarii sunt. Nam Pharisei ex hebreo in latinum interpretantur divisi, eo quod traditionum et observationum quas illi deuterosis vocant iustitiam preferunt. Unde et divisi vocantur a populo quasi per iustitiam. Saducei interpretantur iusti. Vendicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem negant et animam interire cum corpore predicant. Hii quinque tantum libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt. Esseni dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem abstinentiam. Masbothei dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare. Geniste dicti eo quod de genere se Abrahe esse glorientur. Nam cum in Babyloniam venissent, plurimi eorum relinquentes uxores suas Babyloniis mulieribus adheserunt. Quidam Israhelite eis tantum contenti generibus, cum ex eis gentis Babylonia discesserunt, se ab omni populo et assumpserunt sibi hoc nomen iactantie. Meriste appellati eo quod separent scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse. Samarite dicti eo quod legem solam custodiant, nam prophetas non recipiunt. Hemerobaptiste eo quod cotidie vestimenta sua et corpora lavent.

De heresibus christianorum .v.

Quidam autem heretici qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur, quidam vero ex causis quas eligentes instituerunt. Symoniani dicti a Symone magice disciplinae perito, cui Petrus in Actibus apostolorum maledixit pro eo quod ab apostolis Spiritus Sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hii dicunt creaturam non a Deo sed a virtute quadam superna creatam. Menandriani a Menandro mago discipulo Symonis vocati, qui mundum non a Deo sed ab angelis factum asserunt. Basiliani a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passionem Ihesu abnegat. Nicholaite dicti a Nicholao diacono ecclesie Hierosolimorum, qui cum Stephano et ceteris con-

sacratus est a petro qui propter pulchritudinem
relinquens uxorem ut qui vellet ea uteretur
versa est in stuprum talis consuetudo ut in
vicem coniugia commutarentur / quos in apo-
kalipsi iohannes improbat dicens sed hoc
habes quod odisti facta nycolaitarum Gnos-
tici propter excellenciam sciencie se appellari ita
voluerunt animam naturam esse dei dicunt
bonum et malum deum suis dogmatibus
fingunt Carpocratiani a carpocrate
quodam vocantur qui dixit christum homi-
nem fuisse tantum et de utroque sexu pro-
genitum Cherintiani a cherinto quo-
dam nuncupati sunt inter ceteram circumcisionem
observant mille annos post resurreccionem
in voluptate carnis futuros predicant
unde et greci chiliastas latine miliastas
ti sunt appellati Nazarei dicti quod dominum
christum qui a vico nazareus est appellatus
filium dei confitentur omnia tamen veteris le-
gis observant et custodiunt Ophite a
colubro nuncupati sunt coluber enim
grece ophis dicitur colunt enim serpentem dicen-
tes ipsum e paradiso induxisse virtutis
cognicionem Valentiniani a valentino
quodam platonico sectatore vocati qui
eonas id est secula quedam in origine dei
creatoris induxit christum quoque de virgi-
ne nichil corporis assumpsisse sed per eam quasi
per fistulam transisse asserunt Apellite quorum
auctor apelles princeps fuit qui creatorem
esse angelum nescio quem gloriosum superioris
dei facit deum legis israel illum igne-
um affirmat dicit christum deum non in dei-
tate sed hominem in fantasia apparuisse Ar-
chonciani a principibus appellantur qui in

universitatem quam deus condidit opera esse
archangelorum defendunt Adamiani
vocati quod ade imitentur nuditatem unde
et nudi orant et nudi inter se mares et fe-
mine conveniunt Cayniani proinde sic
appellati quod caym adorant Sethiani
nomen acceperunt a filio ade qui
vocatus est seth dicentes eundem esse christum
Melchisedechiani vocati eo quod melchi-
sedech sacerdotem dei fuisse non hominem
sed virtutem dei esse arbitrantur Angelici vo-
cati eo quod angelos colunt Apostolici hoc sibi
nomen ideo presumpserunt quod nichil pos-
sidentes proprium nequaquam recipiant eos
qui aliquid in hoc mundo utuntur Cerdoni-
ani a cerdone quodam nominati qui duo
contraria principia asserunt Marcioniste
a marcione stoico philosopho appellati qui
cerdonis dogmata secutus alterum bonum
alterum iustum deum asserunt tamquam duo prin-
cipia creatoris et bonitatis Artotirite
ab oblacione vocati / panem enim et caseum
offerunt dicentes a primis hominibus obla-
cionem de fructibus terre et a fructibus ovi-
um fuisse celebratam Aquarii appella-
ti eo quod aquam solam offerunt in calice
sacramenti Severiani a severo exorti
vinum non bibunt veteris testamentum et
resurrectionem non recipiunt Tatiani
a taciano quodam vocati qui et encra-
tite dicti quod carnes abhominantur Alo-
gii vocantur tamquam sine verbo logos enim
grece verbum dicitur deum enim verbum non credunt
respuentes iohannis evangelium et apokalip-
sim Catafrigis nomen provincia frigia
dedit quod ibi extiterunt auctores eorum

montanus prisca et maximilla fuit hij
aduentum sancti spiritus non in apostolis sed in se
traditum asserunt. Catharoe propter mundi-
ciam ita se nominauerunt gloriantes enim
de suis meritis negant penitentibus veniam
peccatorum in viduas si nupserint tamquam adulteras
dampnant mundiores se ceteris predicant qui
nomen suum si cognoscere vellet mundanos
se potius quam mundos vocarent. Pau-
liani a quodam paulo samosateno ex-
orti sunt qui dixit non semper fuisse christum
sed a maria sumpsisse initium. Hermogeni-
ani ab hermogene quodam vocati qui
materiam non natam inducentes deo non
nato eam comparauit matremque elementorum
et deam asseruit. Quos apostolus improbat
elementis seruientes. Manichei a quodam
persa extiterunt qui vocatus est manes
hic duas naturas et substantias introduxit id est
bonam et malam et animas ex deo quasi
ex aliquo fonte manare asseruit testa-
mentum vetus respuunt nouum ex parte
recipiunt. Kinoniani hij qui latine sic
lege dicuntur. Antropomorphite dicti pro
eo quod simplicitate rustica deum habere huma-
na membra que in diuinis libris scripta sunt
arbitrantur antropos enim grece latine homo
interpretatur ignorantes vocem domini qui ait
spiritus est deus incorporeus est enim nec
membris distinguitur nec corporis mole
censetur. Eracliite ab eracleo auctore
exorti monachos tantum recipiunt coniugia
respuunt regna celorum paruulos habere non
credunt. Nouatiani a nouato rome
urbis presbitero exorti qui aduersus corne-
lium cathedram sacerdotalem conatus inua-
dere heresim instituit volens apostatas
suscipere et rebaptizans baptizatos. Monta-
ni heretici dicti quod ipse presumptionis in moralis
latuit qua ecclesie se catholice ecclesie
corpore diuiserunt. Ebionite ab ebione
dicti sunt siue a paupertate. christum enim post prophetam
solum verum iustum putant esse unde et ipse
liber ebionei a paupertate intelligentie con-
uocata sunt hij semi iudei et ita tenent euan-
gelium ut legem carnaliter seruent. Adiungunt
quos ad galathas apostolus scribens increpat.
Fotiniani a fotino gallo grecie sirmiensis
episcopo nuncupati qui ebionitarum heresim
suscitans asserunt christum a maria per ioseph
nuptiali coitu fuisse conceptum. Aeriani
ab aerio quodam nuncupati sunt hij offerre
sacrificium pro defunctis spernunt. Ethiani ab
ethio sunt vocati idemque eunomiani ab
eunomio quodam dyalectico ethij disci-
pulo ex cuius nomine magis innotuerunt
dissimilem patri asserentes filium et filio spiritum
sanctum. Dicunt etiam nullum imputari peccatum
in fide manentibus. Origeniani origene
auctore exorti sunt dicentes quod non possit
filius videre patrem nec spiritus sanctus filium.
Animas quoque in mundi principio dicunt
peccasse et pro diuersitate peccatorum e celis
usque ad terras diuersa corpora quasi vin-
cula meruisse eaque causa factum fuisse
mundum. Noetiani a quodam noetho
vocato qui dicebat christum eundem esse
et patrem et spiritum sanctum ipsamque trinitatem
in officiorum nominibus non in personis accipi-
unt unde et patripassiani vocantur quia
patrem passum dicunt. Sabelliani ab eo-
dem noetho pullulasse dicuntur cuius dis-
cipulum perhibent fuisse sabellium ex cuius
nomine maxime innotuerunt unde et
sabelliani vocati sunt hij unam patris et
filij et spiritus sancti personam asserunt. Ari-

ani ab Ario vel ab Alexandrino presbytero
orti sunt qui coeternum patri filium non agnoscentes
diversas in trinitate substantias asserunt contra illud
quod ait dominus Ego et pater unum sumus. **Ma=
cedoniani** a Macedonio constantinopolita=
no episcopo dicti sunt negantes deum esse spiritum sanctum.
Apollinariste ab Apollinare vocati sunt
dicentes corpus tantummodo sine anima susce=
pisse. **Antidicomarite** appellati sunt pro eo
quod Marie virginitati contradicunt asserentes
eam post Christum natum viro suo fuisse
commixtam. **Metangis** nominati ideo tale no=
men acceperunt quia angeus grece vas dicitur
asserunt enim sic esse in patre filium tamquam
vas minus intra vas maius. **Patriciani**
a quodam Patricio nuncupati sunt qui substantiam
humane carnis a diabolo conditam dicunt.
Coluciani a quodam Colucio nominati sunt
qui dicunt deum non facere mala contra
illud quod scriptum est Ego dominus creans
mala. **Floriani** a Floriano qui e contrario
dicunt deum creasse mala contra id quod scriptum
est fecit deus omnia bona. **Donatiste**
a Donato quodam Afro nuncupati qui
de Numidia veniens totam pene Affricam
sua persuasione decepit asserens minorem
patre filium et minorem filio spiritum sanctum
et rebaptizans catholicos. **Bonosiani**
a Bonoso episcopo quodam exorti produntur
qui Christum filium dei adoptivum non
proprium asserunt. **Circumcelliones** dicti eo quod
agrestes sint quos Cotthopitas vocant
supradicte heresis habentes doctrinam. Hii amo=
re martirii semetipsos perimunt ut vio=
lenter de hac vita discedentes martires
nominentur. **Priscillianiste** a Priscilliano
vocati qui in Hyspania ex errore gnos=
ticorum et manicheorum permixtum dogma

compositum. **Luciferiani** a Lucifero sirmie
episcopo orti qui episcopos catholicos qui constan=
cii persecucione perfidie Arianorum consencientes
erant et postea correcti redire in catholicam
delegerunt dampnantes sive quod crediderant
sive quod se credidisse simulaverant quos
ecclesia catholica materno recepit sinu
tamquam Petrum post fletum negacionis hii
illi nimis tumide superbe accipientes eos
quod recipere noluerunt ab ecclesie communione re=
cesserunt et cum ipso Lucifero auctore suo
qui mane oriebatur cadere meruerunt.
Iovinianiste a Ioviniano quodam monacho
dicti asserentes nullam nuptarum et virginum
esse distanciam nullumque inter abstinentes
et simpliciter epulantes esse discrimen. **El=
vidiani** ab Elvidio nominati qui dicunt
post natum Christum alios Maria alios
de viro Ioseph peperisse. **Paterniani**
a Paterno quodam exorti qui inferiores
corporis a diabolo factas partes opinantur
Arabici nuncupati eo quod in Arabia ex=
orti sunt dicentes animam cum corpore mori
atque in novissimo utrumque resurgere.
Tertullianiste dicti a Tertulliano presbytero
Affricane provincie civitatis Karthaginensis
sed animam immortalem esse sed corpoream
predicantes et animas hominum peccatorum post
mortem in demones verti putantes. **Thes=
seresedecatite** dicti quod xiiii luna
pascha cum iudeis observandum contendunt
nam thessera quatuor deca x significat
Nictages a sopno dicti quod vigilias
noctis respuant superstitionem esse dicen=
tes iura temerari divina qui
noctem ad requiem tribuit. **Pela=
giani** a Pelagio monacho exorti sunt

liberum arbitrium diuine gratie anteponunt dicentes sufficere uoluntatem ad implenda iussa diuina. Nestoriani a nestorio constantinopolitano episcopo nuncupati qui beatam uirginem mariam non dei sed hominis tantummodo asseruit genitricem ut aliam personam carnis aliam faceret deitatis nec unum christum in uerbo dei et carne credidit sed separatim atque seiunctim alterum filium dei alterum hominis predicauit. Eutychiani dicti ab eutyche constantinopolitano abbate qui christum post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam. Acephali dicti id est sine capite quem sequantur heretici. Nullus enim eorum reperitur auctor a quo exorti sunt. Hi trium calcedonensium capitulorum impugnatores duarum in christo substantiarum proprietatem negant et unam in eius persona naturam predicant. Theodosiani et gaianite appellati a theodosio et gaiano qui temporibus iustiniani principis in alexandria populi peruersi electione uno die ordinati episcopi sunt. Hi errores eutychetis et dioscori sequentes calcedonense concilium respuunt ex duabus unam in christo naturam asserunt quam theodosiani incorruptam gaianite corruptam contendunt. Agnoite et tritoite a theodosianis exorti sunt ex quibus agnoite dicti ex peruersitate a quo exorti sunt id adiciunt quod diuinitas christi ignoret futura que sunt scripta de die et hora nouissima non recordantes christi personam in ysaia loquentis dies iudicii in corde meo. Tritoite uero uocati quia sicut tres personas in trinitate ita quoque tres asserunt deos esse contra illud quod scriptum est audi israel dominus deus tuus deus unus est.

Sunt et alie hereses sine auctore et sine nominibus ex quibus alie triformem putant esse deum alie christi diuinitatem passibilem dicunt alie christi de patre natiuitati initium temporis dant alie liberationem hominum apud inferos descensione non credunt alie animam ymaginem dei negant alie animas conuerti in demones et in quecumque animalia existimant alie de mundi statu dissentiunt alie innumerabiles mundos opinantur alie aquam deo coeternam faciunt alie nudis pedibus ambulant alie cum hominibus non manducant. Hec sunt hereses aduersus catholicam fidem exorte et ab apostolis et sanctis patribus uel conciliis predampnate que licet in multis erroribus diuise sibi dissentiant communi tamen nomine aduersus ecclesiam dei conspirant. Sed et quicumque aliter scripturam sanctam intelligit quam sensus spiritus sancti flagitat a quo conscripta est licet de ecclesia non recesserit tamen hereticus appellari potest.

De philosophis gentium. vi.

Philosophi greca appellatione uocantur qui latine amatores sapientie interpretantur. Est enim philosophus qui diuinarum et humanarum rerum scientiam habet et omnem bene uiuendi tramitem tenet. Nomen philosophorum primum a pictagora fertur exortum. Nam dum antea greci ueteres sophistas id est sapientes aut doctores sapientie iactant se ipsos nominarent iste int

rogatus quid profiteretur verecundo nomine phi-
losophum id est amatorem sapientie se esse
respondit quia sapientem profiteri arrogan-
tissimum videbatur. Ita deinceps posteris
placuit ut quantalibet de rebus ad sapientiam
pertinentibus doctrina quisque sibi vel
aliis videretur excellere non nisi philosophus
vocaretur. Idem autem philosophi triplici genere
dividuntur: nam aut physici sunt aut ethici
aut logici. Physici dicti quia de naturis
tractant, natura quippe grece physis vocatur.
Ethici quia de moribus, mores enim apud grecos
ethos appellantur. Logici autem quia in naturis
et moribus rationem adiungunt, ratio enim
grece logos dicitur. Divisi sunt autem etiam
in heresibus suis quidam nomina
ex auctoribus suis ut platonici epicu-
rei pitagorici, alii a locis conventiculorum
et stationum suarum ut peripatetici stoici
achademici. Platonici a platone
philosopho dicti. Hii animarum creatorem esse deum
corporum angelos asserunt et per multos anno-
rum circulos in diversa corpora redire
dicunt. Stoici a loco dicti, porticus enim
fuit athenis quam poy kattwa-
n appellabat in qua picta erant gesta
sapientum atque virorum fortium hystorie.
In hac porticu sapientes philosophi
claruerunt (?) ex quo et stoici dicti sunt, grece enim
porticus stoa dicitur. Hanc sectam primus
zeno instituit. Hii negant sine virtute
effici quemquam beatum, omne peccatum equale
esse asserunt dicentes sic ille nocens
erit qui paleas furatus fuit quam qui
aurum, qui mergum occiderit quam
qui equum, non enim animal crimen sed

animus facit. Hii etiam animam perire cum cor-
pore dicunt. Animam quoque virtutem contempnere
esse negant, affirmant gloriam eternam cum se
fateantur non esse eternos. Achademici
appellati a villa platonis achedemia
atheniensium ubi idem plato docebat. Hii
omnia incerta opinantur. Et quod fatendum
est multa incerta et occulta que voluit deus
intelligentiam hominis excedere, sunt tamen
plurima esse que possit et sensibus capi
et ratione comprehendi. Hanc sectam archese-
silaus cyrenaicus philosophus repperit
cuius sectator fuit democritus qui dixit
tanquam in puteo alto ita ut fundus
nullus sit ita in occulto iacere veritatem.
Peripatetici ab ambulacione dicti eo
quod aristoteles auctor eorum deambu-
lans disputare solitus erat. Hii dicunt
quandam particulam anime esse eternam de
reliqua magna ex parte mortalem. Cyni-
ci ab immundicia impudentie nuncupati
quibus contra verecundiam in propatulo coire
cum coniugibus suis mos erat censentes
licitum honestumque esse palam cum uxori-
bus coire quia coniugium iustum est pu-
blice id predicantes agendum ut canes
in vias et plateis unde et a canibus
quorum vitam imitabantur etiam voca-
bulum nomenque traxerunt. Epicurei dicti
ab epicuro quodam philosopho amatore
vanitatis non sapientie quem etiam
ipsi philosophi porcum nominaverunt quasi
volutantis in ceno carnali voluptate,
te corporis summum bonum asserens qui
etiam dixit nulla divina providencia
instructum esse aut regi mundum

sed originem rerum athomis et insensibilibus ac solidis corporibus assignant quorum fortuitis concursibus universa nascantur et nata sint. Asserunt autem deum nichil agere omnia constare corporibus animam nichil aliud esse quam corpus. Unde et dixit: Non ero postquam mortuus fuero. Gymnosophiste nudi per opaca indie solitudines perhibentur philosophiam adhibentes tantum genitalibus tegmina. Gymno enim greco dicitur quia nudi exercentur in campo ubi pudenda sola tantum operiunt hij et agnando se tollebant. Theologi autem idem sunt qui et phisici dicti. Dicti autem theologi quod in scriptis suis de deo dixerunt quorum varia extat opinio. Quid deus esset dum quererent. Quidam enim corporeum sicut mundum visibilem ex quatuor elementis deum esse dixerunt ut dionysius stoicus. Alij vero spiritualem intellexerunt mentem esse deum ut talesmilesius. Quidam animum in omnibus commeantem et lucidum ut pitagoras. Quidam deum sine tempore incommutabilem ut plato. Quidam mentem solutam ut tycero. Quidam et corpus et mentem ut varro. Hij vero cum philosophi deum non ut invenerunt exposuerunt quia evanuerunt in cogitationibus suis dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Item platonici quidam deum curatorem et arbitrum et iudicem asserunt. Epicurei ociosum et inexercitatum. De mundo autem platonici asserunt incorporalem. Stoici corporalem. Epicurus athomis. Pitagoras ex numeris. Eraclitus ex igne. Unde et varro ignem mundi animum dicit proinde eum in mundo omnia gubernet sicut animus in nobis quam vanissime qui cum est inquiunt in nobis ipsi sumus cum exit emorimur. Ergo et ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur mundus emoritur. Alij philosophorum errores etiam et apud ecclesiasticos induxerunt hereses. Unde eonas et forme nescio que inde apud arrium trinitas nominis et apud valentinum platonicus fuerat. Inde marcionis deus melior de tranquillitate a stoicis venerat ut et anima interire dicatur epicurus observatur et ut carnis resurrectio negetur de vana omnium philosophorum scola sumitur et ubi materia cum deo equatur zenonis disciplina est et ubi quid de igneo deo legitur eraclitus intervenit. Eadem materia apud hereticos et philosophos volutatur ubi idem et retractatus implicatur.

Sequitur de poetis. vii.

Poete unde sint dicti sic ait tranquillus. Cum primum homines exuta feritate vite rationem habere cepissent seque et deos suos nosse cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi utriusque magnificentiam ad religionem deorum suorum excogitaverunt. Igitur ut templa illis domibus pulchriora et simulacra corporibus ampliora faciebant ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putaverunt laudesque eorum et verbis illustrioribus et iocundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur que poetes dicitur poema vocatum est eius quia fictores poete. Vates a vi mentis appellatos varro auctor est vel a viendis carminibus id est

flectendis hoc est modulandis et proinde poete
latine vates olim scripta eorum vaticini
a dicebantur quod vi quadam et quasi vesania
in scribendo commoverentur vel quod modis verba
connecterent viere antiqui pro vincire po
nentes. Etiam per furorem divini eodem
erant nomine quia et ipsi quoque pleraque
versibus efferebant. Lyrici poete dicti apo
tu lirin id est a varietate carminum. Unde
et lyra dicta. Tragedi dicti quod ab inicio
canentibus premium erat hircus quem greci tra
gos vocant. Unde et Oratius. Carmine
qui tragico vilem certavit ob hircum. Iam
dehinc sequentes tragici multum honorem
adepti sunt et excellentes in argumentis
fabularum ad veritatis ymaginem fictis. Co
medi appellati sive a loco quia circum pagos
agebant quos greci comas vocant sive
a comessatione. Solebant enim homines
post cibum ad eos audiendos venire
sed comici privatorum hominum predicant acta
tragici vero res publicas et regum hys
torias. Item tragicorum argumenta ex rebus
luctuosis sunt comicorum ex rebus letis
et novi. Veteres qui et ioco ridiculares ex
titerunt ut plautus accius terentius. No
vi qui et satyrici a quibus generaliter
vicia carpuntur ut flaccus persius iuve
nalis vel alii. Hii enim universorum
delicta corripiunt nec vitabatur eis pes
simum quemque describere nec cuiuslibet peccata mo
resque reprehendere. Unde et nudi pin
guntur eo quod per eos vicia singula denu
dentur. Satyrici autem dicti sive quod
pleni sint omni facundia sive a saturi
tate et copia. De pluribus enim simul rebus
loquuntur seu ab illa lance que ple
diversis frugum vel pomorum generibus ad tem
pla gentium deferri solebat aut a sa
tyris nomen tractum qui in ebrietate fiunt
ea que per vinolentiam dicuntur. Eadem
aut poete theologi dicti sunt quoniam
de diis carmina faciebant. Officium
autem poete in eo est ut ea que vere
gesta sunt in alias species obliquis figura
tionibus cum decore aliquo conversa traducat.
Unde et lucanus ideo in numero poeta
rum non ponitur quia videtur hystorias con
posuisse non poema. Apud poetas autem
tres caracteres esse dicendi unum in quo
tantum poeta loquitur ut est in libris ver
gilii georgicorum. Alium dramaticum in
quo nusquam poeta loquitur ut in come
diis et tragediis. Tercium mixtum ut est
in eneide. Nam poete illic et inducte persone loquuntur.

De sibillis .viii.

Sibille generaliter dicuntur omnes
femine vates lingua greca.
Nam sios eolico sermone deus, bulem
greci mentem nuncupant quasi dei mentem.
Proinde quia divinam voluntatem hominibus
interpretari solebant sibille nominate sunt.
Sicut enim omnis vir prophetans vel va
tes sic omnis femina prophetizans sibilla
vocatur quod nomen ex officio non ex pro
prietate vocabuli. Decem autem sibille
a doctissimis auctoribus fuisse traduntur.
quarum prima de persis fuit. Secunda libis
sa. Delfica in templo delfici apollinis
genita que ante troiana bella va
ticinata est. Cuius plurimos versus operi suo
homerus inseruit. Quarta cimme
ria in ytalia. Quinta erictheia nomine

eo phila in babilone orta que grecis ilium
petentibus vaticinata est perituram esse
troiam et homerum mendacia eius scripturum
Dicta autem ericthea quia in eadem
insula eius inventa sunt carmina Sexta
autem samia que proprio nomine phemonoe dicta est
a samio insula unde fuit cognominata
Septima cumana nomine amalthea
que novem libros attulit tarquinio
prisco in quibus erant decreta romana
conscripta ipsa est cumea de qua virgilius
ultima cumei venit iam carminis
etas Dicta autem cumana a civitate
cumis que est in campania cuius sepul-
crum in sicilia adhuc manet Octava
ellespontica in agro troiano nata
que scribitur solonis et cyri fuisse tem-
poribus Nona frigea que vaticinata
est ancire Decima tyburtina
nomine albunea quarum omnium carmina
efferuntur in quibus de deo et de christo et
de gentibus multa scripsisse manifestissime
comprobantur Celebrior autem inter ceteras
ac nobilior ericthea perhibetur

Sequitur de magis .ix.

Magorum primus extitit zoroastes
rex bractanorum quem ninus
rex assyriorum prelio interfecit de quo
aristoteles scribit quod vicies centum milia
versuum ab ipso condita indiciis volu-
minum eius declarentur Hanc artem
multa post secula democritus ampli-
avit quando et ypocrates medicine disci-
plina effloruit Apud assyrios autem
magice artes copiose sunt testante
lucano quis noscere fibra facta queat
quis predicat aves quis fulgura celi
servet et assyrii scrutetur sydera cura
Itaque hec vanitas magicarum artium
ex traditione angelorum malorum in toto terra-
rum orbe plurimis seculis valuit per quan-
dam scientiam futurorum et infernorum et in voca-
tiones eorum inventa sunt aruspicia augu-
rationes et ipsa que dicuntur oracula
et nigromantia Nec est mirum de magorum
prestigiis quorum in tantum prodiere malefi-
ciorum artes ut etiam moysi simillimis
signis resisterent vertentes virgas in
dracones aquas in sanguinem Fertur
et quedam maga famosissima circe
que socios ulixis mutavit in bestias
Legitur et de sacrificio quod archades deo
suo liceo immolabant ex quo quicumque
sumerent in bestiarum formas convertebantur
Hinc apparet non esse in totum dictum
quod nobilis ille poeta scribit de quadam
femina que magicis artibus excelle-
bat Hec inquit se carminibus promittit
solvere mentes quas velit ast aliis
duras inmittere curas sistere aquam
fluviis et vertere sidera retro nocturnos
que ciet manes mugire videbis sub
pedibus terram et descendere montibus ornos
Quid plura si credere fas est de phi-
tonissa ut prophete samuelis animam de
inferni abditis evocaret et vivorum pre-
sentaret conspectibus si tamen animam prophete
fuisse credamus et non aliquam fantasmati-
cam illusionem sathane fallacia factam
Prudentius quoque de mercurio sic
ait traditur extinctas sumpto moderamine
virge in lucem revocasse animas ast
alios dampnasse neci et post paulum
adiecit Murmure nam magico tenues

coroe figulas atque sepulcrales faciunt in
cantare famillas vita inde spoliare a-
lios ars noxia nouit. Magi sunt qui
vulgo malefici ob facinorum magnitudi-
nem nuncupantur. Hij et elementa concu-
tiunt, turbant mentes hominum ac sine
ullo veneni haustu violencia tantum
carminis interimunt. Unde Lucanus: mens
hausti nulla sanie polluta veneni in-
cantata perit. Demonibus enim accitis au-
dent ventilare ut quisque suos perimat
malis artibus inimicos. Hij etiam
sanguine utuntur et victimis et sepe contin-
gunt corpora mortuorum. Nigromantici
sunt quorum precantationibus videntur resus-
citata mortui divinare et ad interroga-
ta respondere. Nicros enim grece mortuos
mancia divinatio nuncupatur. Ad quos sus-
citandos cadaveri sanguis adicitur. Nam
amare demones sanguinem dicuntur. Ideo-
que quociens nigromancia fit cruor
aqua miscetur ut colore sanguinis faci-
lius provocentur. Ydromantici ab aqua dicti.
Est enim ydromancia in aque inspectione
umbras demonum evocare et ymagines
vel ludificationes eorum videre ibique ab
eis aliqua audire ubi adhibito san-
guine etiam inferos perhibentur suscitare.
Quod genus divinationis a persis fertur allatum.
Varro dicit divinationis iiii esse genera
terram aquam aerem et ignem. Hinc geoman-
ciam ydromanciam aeromanciam piromanciam
dictam. Divini dicti quasi deo pleni.
Divinitate enim se plenos assimulant et
astucia quadam fraudulenta hominibus
futura coniectant. Duo sunt autem genera divina-
tionis ars et furor. Incantatores dicti
sunt qui artem verbis peragunt. Arioli qui

dicti propter quod circa aras idolorum nephandas
preces emittunt et funesta sacrificia offe-
runt hiisque celebritatibus demonum responsa
accipiunt. Aruspices nuncupati quasi
horarum inspectores. Dies enim et horas
in agendis negocijs operibusque custodiunt
et quid per singula tempora observare debeat
homo intendunt. Hij etiam exta pecudum
inspiciunt et ex eis futura predicunt. Au-
gures sunt qui volatus avium et voces
intendunt aliaque signa rerum vel ob-
servationes improvisas hominibus occurrentes.
Idem et auspices. Nam auspicia sunt que
iter facientes observant. Dicta sunt autem
auspicia quasi avium aspicia et augu-
ria quasi avium garria hoc est avium
voces et linguas. Item augurium
quasi avigerium quod aves gerunt.
Duo sunt autem genera auspiciorum unum
ad oculos alterum ad aures pertinens ad
oculos scilicet volatus ad aures vox
avium. Phitones a phitio apolline
dicte quod is auctor fuit divinandi. Astro-
logi dicti eo quod in astris augurantur.
Genetliaci appellati propter natalium
consideraciones dierum. Geneses enim hominum
per xij celi signa describunt siderumque
cursum nascentium mores actus
eventa predicere conantur id est quis quali
signo fuit natus aut quem effectum ha-
beat vite qui nascitur. Hij sunt qui vul-
go mathematici vocantur cuius supersti-
tionis genus constellationes latini vocant
id est notaciones siderum quomodo se habeant
cum quisque nascitur. Primum autem ei-
dem stellarum interpretes magi nuncupabantur
sicut de hijs legitur qui in ewangelio
natum christum annunciaverunt. Postea

hoc nomine postea mathematici. Cuius artis
scientia usque ad evangelium fuit concessa ut
Christo edito nemo exinde nativitatem
alicuius de celo interpretaretur. Horoscopi
dicti quod horas nativitatis hominum spe-
culantur dissimili et diverso fato. Sortile-
gi sunt qui sub nomine ficte religionis
per quasdam quas sanctorum sortes vocant
divinationis scientiam profitentur aut quarumcumque
scripturarum inspectione futura promittunt.
Salisatores vocati sunt quia dum eis
membrorum quecumque partes salierint ali-
quid sibi exinde prosperum seu triste signi-
ficari predicunt. Ad hec omnia pertinent
ligature execrabilium remediorum
que ars medicorum condempnat sive in
incantationibus sive in caracteribus vel in
quibuscumque rebus suspendendis atque alli-
gandis. In quibus omnibus ars demonum
est ex quadam pestifera societate hominum
et angelorum malorum exorta. Unde cun-
cta vitanda sunt christiano et omni penitus
execratione repudianda atque dampnanda.
Auguria autem avium Frigies primi in-
venerunt. Prestigium vero Mercurius primus
dicitur invenisse. Dictum autem prestigium quod
perstringat acies oculorum. Aruspicina-
artem primus Etruscis tradidisse dicitur
quidam Tages. Hic ex horis aruspici-
nam dictavit et postea non apparuit.
Nam dicitur fabulose arante quodam
rustico subito hunc ex glebis exilu-
isse et aruspicinam dictasse qua die
et mortuus est. Quos libros Romani
ex Tusca lingua in propriam mutaverunt.

De paganis. X.

Pagani ex pagis Atheniensium
dicti ubi exorti sunt. Ibi enim
in locis agrestibus et pagis gentiles lucos ido-
laque statuerunt et a tali initio vocabulum pa-
gani sortiti sunt. Gentiles sunt qui sine
lege sunt et nondum crediderunt. Dicti autem
gentiles quia ita sunt ut fuerunt nati id est sicut
in carne descenderunt sub peccato scilicet idolis servi-
entes et necdum regenerati. Unde primi-
tus gentiles inmolant Christi dicunt gente-
cismia qui in latinis interpretantur gentiles
ethnicos enim grece gens dicitur. Post fidem
autem non debent vocari gentes sive gentiles
eos qui ex gentibus credunt sicut per
fidem dicitur iam non est iudeus testante
paulo apostolo et dicente iam christianus quos
in gentes certis sunt et infideles. A-
postate dicuntur qui post baptismum Christi
susceptum ad ydolorum cultum et sacrificiorum
contaminationem revertuntur et dicit nomen hominum

Sequitur de diis gentium. XI.

Quos pagani deos asserunt olim
homines fuisse produntur et pro uniusque-
iusque vita vel meritis coli apud su-
os post mortem ceperunt ut apud Egip-
tum Ysis apud Cretam Iovis apud Mau-
ros Iuba apud Latinos Faunus apud
Romanos Quirinus eodem quoque modo apud
Athenas Minerva apud Samum Iuno
apud Paphum Venus apud Lemnos Vul-
canus apud Naxos Liber apud Delos
Apollo. Quorum etiam laudibus accesse-
runt poete et compositis carminibus in celum
eos sustulerunt. Nam quorumdam et
inventiones artium cultum peperisse dicuntur
ut Esculapio medicina Vulcano fabri-
ca. Ab actibus autem vocantur ut Mercurius
quod mercibus presit Liber a libertate. Fuerunt
etiam quidam viri fortes ut urbium
conditores quibus mortuis homines qui

eos dilexerunt simulacra finxerunt ut
haberent aliquod ex imaginum contemplatione
solatium sed paulatim hunc errorem persua-
dentibus demonibus ita in posteris irreps-
se ut quos illi pro sola nominis memoria
honoraverunt successores deos existima-
rent et colerent Simulachrorum usus ex-
ortus est cum ex desiderio mortuorum
constituerentur ymagines vel effigies tamquam
in celum receptis pro quibus se in terris de-
mones colendos supposuerunt et deceptis
et perditis persuaserunt sacrificari Simula-
chra autem a similitudine nuncupata eo quod
manu artificis ex lapide alia ve ma-
teria eorum vultus imitantur in quorum ho-
re finguntur Ergo simulachra vel pro eo
quod sint similia vel pro eo quod simulata atque con-
ficta sint unde et falsa sunt Et notandum
quod latinus sermo sit in hebreis apud
eos enim idolum sive simulachrum semel
sed Iudei dicunt quod ysmahel primus
simulachrum luto fecit Gentiles autem
primum prometheum simulacrum hominum de lu-
to finxisse perhibent ab eoque natam esse
artem simulachra et statuas fingendi
Unde et poete ab eo homines primum
factos esse confingunt figurate propter effigies
Apud grecos cecropes sub quo primum in
arce oliva orta est et atheniensium urbs
ex minerve appellatione nomen sortita
est Hic primus omnium iovem appellavit
simulachra repperit aras statuit victi-
mas appellavit nequaquam istiusmodi rebus
in grecia umquam visis Idolatria idolorum
servitus sive cultura interpretatur Nam la-
tria grece latine servitus dicitur que quantum
ad veram religionem attinet non nisi uni

et soli deo debetur Hanc sicut impia
superbia sive hominum sive demonum sibi
exhiberi vult vel iubet ita pia hu-
militas vel hominum vel angelorum sanctorum
et oblatam recusat et cui debetur
ostendit Idolum autem est simulachrum
quod humana effigie factum et consecratum
est iuxta vocabuli interpretationem Idos
enim grece formam sonat et ab eo di-
minutione idolum deductum eque apud
nos formulam facit Igitur omnis for-
ma vel formula idolum se dici exposcit
Inde idolatria omnis circa omne idolum
famulatus et servitus Quidam vero la-
tinorum ignorantes grece imperite dicunt
idolum ex dolo sumpsisse nomen quod
diabolus creature cultum divini nominis
invexit Demones a grecis dicuntur
quasi demoones id est periti ac re-
rum scii presciunt enim futura multa unde
et responsa solent aliqua dare Inest
enim illis cognitio rerum plus quam infir-
mitati humane partim subtilioris sensus
acumine partim experientia longissime
vite partim per dei iussum angelica re-
velatione Hii corporum aeriorum natura
viget Ante transgressionem quidem celes-
tia corpora gerebant lapsi vero in aeriam
qualitatem conversi sunt nec aeris illius
puriora spatia sed ista caliginosa te-
nere permissi sunt qui eis quasi carcer
est usque ad tempus iudicii Hii sunt preva-
ricatores angeli quorum diabolus
princeps est Dyabolus hebraice
dicitur deorsum fluens quia quietus in celi
culmine stare contempsit sed superbie pon-
dere deorsum corruens cecidit Grece

Capitulum xi

vero diabolus criminator vocatur quod vel crimina in que ipse illicit ad deum referat vel quia electorum innocentiam criminibus fictis accusat unde et in apocalipsi vox angelica dicit Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos in conspectu dei nostri die ac nocte. Sathanas in latinum sonat adversarius qui est veritatis inimicus et semper sanctorum virtutibus contraire nititur ipse et transgressor quia prevaricator effectus in veritate in qua conditus est non stetit. Idem et temptator quia temptandam iustorum innocentiam postulat sicut in iob legitur. Antichristus appellatus est quia contra christum venturus est non quomodo quidam simpliciores intelligunt antichristum ideo dictum quod ante christum venturus sit id est post eum veniat christus. Sed antichristus grece dicitur quod est latine contrarius christo. Anti enim grece in latino significat contra. Christum enim se mentietur dum venerit et contra eum dimicabit et adversabitur sacramentis christi ut veritatis eius evangelium solvat. Nam et templum ierosolimis reparare et omnes veteris legis cerimonias restaurare temptabit. Sed et ille antichristus est qui negat esse deum christum. Contrarius enim christo est. Omnes enim qui exeunt de ecclesia et ab unitate fidei preciduntur et ipsi antichristi sunt. Bel ydolum babilonium est quod interpretatur vetus. Fuit enim hic belus pater nini primus rex assyriorum quem quidam baal appellant quod nomen et apud assyrios et apud afros postea cultum est. Unde et lingua punica bal deus dicitur. Apud assyrios autem bel vocatur quadam sacrorum suorum ratione et saturnus et sol. Belphegor interpretatur simulacrum ignominie. Idolum enim fuit moab cognomento baal super montem phegor quem latini priapum vocant deum hortorum. Fuit autem de lapsaco civitate ellesponti depulsus et propter virilis membri magnitudinem et in numero deorum suorum eum greci transtulerunt et in nomine sacraverunt hortorum unde et dicitur preesse hortis propter eorum fecunditatem. Beelzebub idolum fuit accaron quod interpretatur vir muscarum. Zebub enim musca vocatur. Spurcissimum igitur idolum ideo virum muscarum vocatum propter sordes idolatrie sive pro immundicia. Belial behemoth ex hebrea voce in latina linguam animal sonat propter quod de excelsis ad terram cadit et in usu suo ut animal brutum effectus sit. Ipse et leviathan id est serpens de aquis qui in huius seculi mari volubili versatur astutia. Leviathan autem interpretatur additamentum eorum. Quorum scilicet hominum quibus in paradiso semel culpam prevaricationis intulit et hanc usque ad eternam mortem cotidie persuadendo adicit vel extendit. Quedam autem nomina deorum suorum gentiles per vanas fabulas ad rationes physicas conantur traducere eaque in causis elementorum composita esse interpretantur. Sed hoc a poetis totum fictum est ut deos suos ornarent aliquibus figmentis quos perditos ac dedecoris infamia plenos fuisse historie confitentur. Nimio enim figmenti locus vacat ubi veritas cessat. Saturnus origo deorum et totius paganitatis posteritatis designatur. Hunc latini a

satu appellatum finxit quasi adimp-
satio diu pertineat verbo vel aliquis
longitudine quod saturetur annis vii et
cum greci chronos nomine tempore dicunt
id est tempus Cum filios suos fertur de-
vorasse hoc est annos quos tempus produ-
cit in se revolvit vel eo quod semina
unde oriuntur iterum redeunt Huic etiam
precisa abscidisse genitalia dicunt quod
nichil in celo de seminibus nascitur Falce
tenet inquiunt propter agri culturam sig-
nificandam vel propter annos et tempora que in se re-
deant vel propter prudentiam quod intus acuta
sit In aliquibus autem civitatibus Saturno
liberos suos apud gentiles immolabant
quod Saturnum poete liberos suos devorasse
solitum tradiderunt Iovem fere animam
do dicunt et imperat quasi iuvans patrem
hoc est omnibus prestans Huic et prelato
titulo Iovem optimum dixerunt Dum
fuisset incestor et in suis impudiciis et
commaculis quem modo taurum fingunt
propter Europe raptum fuit enim in navi
cuius insigne erat taurus modo Dana-
es per imbrem aureum appetisse gremi-
um ubi intelligitur pudicitiam mulieris
a thesauro fuisse corruptam modo in simi-
litudinem fuisse aquile propterea quod puerum
ad stuprum rapuit modo serpente quod
reptavit et cygnum quod cantavit et ideo
non figure iste sunt sed plane de veritate
scelera Unde turpe erat tales deos
credi quales homines esse non decet
Ianum dicunt quasi mundi vel celi vel
mensium ianuam Duas iam facies fa-
ciunt propter orientem et occidentem Cum
vero faciunt eum quadrifrontem et ianum

geminum appellant ad .iiii.or mundi
partes hoc refert vel ad .iiii.or elementa
sive tempora Sed dum hoc fingunt monstro-
sum deum faciunt Neptunum aquas
mundi predicant et deus aliis neptunus
quasi nube tonans Vulcanum volunt
ignem et deus vulcanus quasi volans
candor vel quasi volicanus quod per aerem
volet ignis cum nubibus nascitur
Unde etiam Homerus dicit eum pre-
cipitatum de aere in terras quod omne fulmen
de aere cadat Ideo autem vulcanus
de femore iunonis fingitur natus
quod fulmina de imo aere nascantur
Claudus autem dicitur vulcanus quod per naturam
numquam rectus est ignis sed quasi clau-
dus cuius natura propria motuque sit Ideo
quod in fabrorum fornace credunt vulca-
num dicunt auctores quod sine igne
nullum metalli genus fundi extendi-
que possit Plutonem grece latine diespi-
ter vel ditispater quem alii orcum
vocant quasi receptorem mortuorum
Unde et orca nuncupatur vas quod
recipit aquas ipse et grece Charon Li-
berum aliquando appellari volunt quod fe-
minas in coeundo per eius beneficium emis-
sis seminibus quod idem liber mulieribus et de-
licato corpore pingitur Dicunt enim
mulieres ei attributas et vinum propter
excitandam libidinem Unde et frons
eius pampino cingitur Sed ideo coro-
nam mitram et cornu habet quod cum grate
et moderate vinum bibitur letitiam pre-
stat cum ultra modum excitat libidi-
nem et lites id est quasi cornu invadat
Idem autem Lenius a potu leni quod

multo vino mentem solvat. Inde et iste
Dionisius a more Dionisio vini dicitur re-
nuncupatus. Cetim enim mensa civitas in qua
colitur idem liber. Unde Nisius dicitur.
Mercurium sermone interpretantur. Nam
ideo Mercurius quasi medius currens dicitur
appellatus quod sermo currat inter homines
medius. Ideo et Hermes grece quod sermo
vel interpretatio que ad sermonem utique per-
tinet ermeneia dicitur. Ideo et mercibus pre-
est quia inter vendentes et ementes sermo fit
medius. Qui ideo fingitur pen-
natus quia citius sermo discurrit. Unde
et velox et errans inducitur. Alas eius
in capite et in pedibus significare volunt
per aerem ferri sermonem. Nuncium dicunt quo
per sermonem cogitata enunciantur. Ideo autem
furti magistrum dicunt quia sermo animos
audientium fallat. Virgam tenet qua
serpentes dividit id est venena. Nam bella-
tores ac dissidentes interpretum oratione
sedantur. Unde secundum Livium legati pa-
cis caduceatores dicuntur. Sicut enim
per feciales bella indicebantur ita pax
per caduceatores fiebat. Hermes autem
grece dicitur apo tes ermeneias latine inter-
pres qui ob virtutem multarumque artium
scientiam Trimegistus id est ter maxime nomi-
natus est. Quod autem cum capite
canino fingunt hec ratio dicitur quod inter omnia
animalia canis sagacissimum genus
et perspicax reputatur. Marte deum belli
esse dicunt et Marte appellatum quod per vi-
ros pugnatur ut sit Mars mas licet con-
tra sit quia consuetudinem secundum fecerunt
ubi et femine et viri in pugna erunt
Amazonum nisi sole femine nominadorum

alicubi gentium ubi soli mares. Item
Marte quasi effectorem mortium. Nam
a Marte mors nuncupatur. Hunc et a-
dulterum dicunt quia belligerantibus incertus
est. Quod vero nudo pectore stat ut bel-
lo se quisque sine formidine cordis
obiciat. Mars autem apud Tracos Gra-
divus dicitur eo quod in bello gradum inferunt
qui pugnant aut quod impigre gradiantur.
Apollinem quamvis divinatorem et vellet
medicum ipsum Phebum solem dixerunt.
Quem solem ipsum Tytana quasi unum ex
Tytanis qui adversum Iovem non fecit.
Ipsum Phebum quasi ephebum hoc est
adolescentem. Unde et sol puer pingitur
eo quod cottidie oriatur et nova luce nas-
catur. Phitium quoque eundem appel-
lare voluerunt a Phitone interfecto
molis serpente cuius non magis vene-
na quam magnitudo terrebat. Sicut Ap-
pollo sagittarum ictibus serpens nominis
quoque spolia reportavit ut Phitius
vocaretur. Unde et ob insigne victorie
Phitia sacra celebranda constituit. Dia-
nam quoque germanam eius similiter lunam
et viarum presidem aiunt. Unde et virgine
volunt quod via nichil pariat. Et ideo ambos
sagittas habere fingunt quod ipsa duo si-
dera de celo radios usque ad terras e-
mittunt. Dianam autem vocata quasi
Duanam quod luna et die et nocte appareat.
Ipsam et Lucinam asseverant eo quod tribus
fungatur figuris. De qua Virgilius: tria
virginis ora Diane quia eadem luna
eadem Proserpina vocatur. Sed cum luna fingitur
pro lustrium splendoris amictu cum succincta

iacit calamos latonia virgo et cum sorore
iuxta sedet pro plutonia iuno. Lato-
nia autem diana eo quod latone fuit fi-
lia. Cererem id est terram creatricem frugibus
asserunt deam appellantes eam nominibus
pluribus. Dicunt etiam eam et opem quod
ope melior fiat terra proserpinam quod
ex ea proserpat fruges. vestam quod
herbis et variis rebus vestita sit vel
omnia vastandi. Eandem et tellurem et ma-
trem magnam fingunt turritam cum tym-
pano et gallo et strepitu cymbalorum
matrem vocatam quod plurima pariat mag-
nam quod cibum gignat almam quia
universa animalia fructibus suis alit et
eorum alimentorum mater terra. Quod si-
mulachrum eius cum clavi fingeretur quod tellus
yeme clauditur vere aperitur cum fruges
nascantur. quod tympanum habet significare volunt
orbem terre. Quod curru vehitur quia
ipsa est terra que pendet in aere. Quod
sustinetur rotis quia mundus rotatur et
volubilis est. Quod leones illi sub-
iciunt mansuetos ut ostendant nullum
genus terre esse tam ferox quod non sub-
ici possit aut superari illa. Quod in
capite turritam gestat coronam ostendit
suppositas terre civitates quasi in
singulis turribus constitutas. Quod sedes fingun-
tur circa eam quia cum omnia moveantur ipsam
non moveri. Quod coribantes eius
ministri cum strictis gladiis esse fingun-
tur significatur omnes pro terra sua debere
pugnare. Quod gallos huic dee
ut servirent fecerunt significat quod semine
indigeat terram operire semper in ea

quippe omnia reperiri. quod se apud ea
iactat proprie inquiunt ut qui terram
colunt ne sedeant semper enim esse quod agant.
Cymbalorum autem vocem sonitus fra-
mentorum crepitus in colendo et agro
et ideo erea quod terram antiqui ere
colebant priusquam ferrum esset in-
ventum. Eandem vestam et ignem esse
posuerunt quod terram ignem habere non du-
bium est ut ethna vulcano quod declarat
intelligi. et ideo virginem esse putant
quod ignis inviolabile sit elementum
nec quicquam nasci possit ex eo quippe
qui omnia que arripuerit absumat.
Ovidius in fastis nec tu aliud
vestam quam vivam intellige flammam
natamque de flamma corpora nulla vides
propterea et virgines ei servire dicuntur
eo quod sicut ex virgine ita ex igne
nichil nascatur. Iunonem dicunt quasi
ianonem id est ianuam purgationibus
feminarum eo quod quasi portas matrimo-
niorum pandat nubentium maritis.
Sed quidam philosophi per terre aut iunonem
iovis afferunt sororem et coniugem.
Ignem enim et aerem iovem. aquam et terram
iunonem interpretantur quorum permixtio-
ne universa gignuntur et sororem
dicunt quia [illegible] est et coniugem
quia [illegible] Unde et virgilius
Tum pater omnipotens fecundis ymbribus
ether coniugis in gremium descendit. Mi-
nerva apud grecos athenas dicitur id est
femina apud latinos autem minerva
vocatur quasi dea et munus artium
variarum. Hanc enim inventricem multorum

ingeniorum dicunt et inde eam arte et
ratione inspirant quia sine ratione ni-
chil potest contineri que ratio quia ex solo
animo nascitur animum quoque putant
esse in capite et cerebro ideo eam de
capite Iovis dicitur esse natam quia
sensus sapientie qui in veniit animi in
capite est ornamentum pectoris ideo caput
gorgonis fingitur quod illic est omnis pru-
dentia que confundit imperitos ac sax-
eos comprobat quod et in antiquis impera-
torum statuis cernimus in medio pectore
lorice propter insinuandam sapientiam et virtu-
tem. Hec minerva et tritonia dicitur
Triton enim Affrice palus est circa
quam fertur virginali apparuisse etate
propter quod tritonia nuncupata est unde
et tanto pronius dea credita quanto mi-
nus origo eius innotuit. Pal-
las autem dicta vel ab insula pallene
in tracia in qua nutrita est vel apo tou
pallein id est theodorum i. abhaste concutere
vel quod pallantem gigantem occiderit
Venerem quidam dicunt incorporatam
quia sine viro femina virgo esse non
desinat. Hanc greci afrodin vocant
propter spumam sanguinis generantem. Afro-
din enim grece spuma vocatur. Quod
autem fingunt saturnum celo patri genita-
lia abscidisse et sanguine fluxisse
in mare atque in eo spuma maris
concreta venus nata est illud aiunt
quod per tantum salsi humoris filia est et
inde afrodin venerem dicta quod
coitus spuma est sanguinis quod ex succo
viscerum liquido salsoque constat. Ideo
autem dicunt venerem vulcani uxorem
quia venereum officium non nisi calore constet
unde est frigidus in venerem senior natus
quod saturnus dicitur patri celo virilia amputas-
se que in mari cadentia venerem crea-
verunt ideo fingitur quia nisi humor de celo
in terram descendit nichil creatur. Cu-
pidinem vero filium fuisse propter amorem. Est
enim demon fornicationis qui ideo ala-
tus pingitur quia nichil amantibus levius
nichil mutabilius invenitur. Puer
pingitur quia stultus est et irrationabilis
amor. Sagittam et facem tenere fingitur
sagitta quia amor cor vulnerat facem
quia inflammat. Pan dicunt greci latini
silvanum deum rusticorum quem in nature
similitudinem formaverunt unde et pan
dictus est id est omne. Fingunt enim eum ex
universali elementorum specie. Habet enim cor-
nua in similitudinem radiorum solis et
lune distincta maculis habet pellem propter
celi sydera rubet eius facies ad simili-
tudinem etheris fistulam septem calamorum
gestat propter armoniam celi in qua septem
sunt soni et septem discrimina vocum villo-
sus est quia tellus convestita est agitata
ventis pes eius inferior feda est propter
arbores et feras et pecudes capras
ungulas habet ut soliditatem terre ostendat
quem volunt rerum et totius nature deum
unde et pan quasi omnia dicunt. Isis
lingua egyptiorum terra appellata quam
ysim volunt esse. Fuit autem ysis regina
egyptiorum ynachi regis filia que de
grecia veniens egyptios litteras docuit
et terras colere instituit propter quod et terram
eius nomine appellaverunt. Serapis

Cum maximus Egyptiorum deus ipse est Apis rex Argivorum, qui navibus transvectus in Egyptum, cum ibidem mortuus fuisset, Serapis appellatus est, propterea quia arca in qua mortuus ponitur, quam sarcofagum vocant, soros dicitur grece, et ibi eum venerari sepultum ceperunt priusquam templum eius esset instructum. Velud Soros ut Soros Apis Sorapis primo, deinde una littera commutata Serapis dictus est. Apis fuit Egyptiorum Serapi consecratus, et ab eo ita cognominatus, quem Egyptii instar numinis colebant, eo quod de futuris daret quedam manifesta signa. Apparebat enim in Memphis, quem centum antistites prosequebantur, et repente velud lymphatici precinebant. Huius capitis ymaginem sibi in heremo Iudei fecerunt. Fauni ut a fando ut apotesphones dici quod voce non signis ostendere videntur futura. In lucis enim consulebantur a paganis et responsa illis non signis sed vocibus dabant. Genium autem dicunt quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum seu a gignendis liberis, unde et geniales lecti dicebantur qui novo marito sternebantur. Hec et alia sunt gentilium fabulosa figmenta, que interpretata sic habentur, ut ea non intellecta damnabiliter tamen adorent. Fatum autem esse dicunt quidquid dii fantur, quidquid Iupiter fatur. A fando igitur fatum dicunt, id est a loquendo. Quod nisi hoc nomen iam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinare, rationabiliter possumus a fando fatum appellare. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis: Semel locutus est deus, duo hec audivi, et cetera. Quod enim dictum est semel locutus, intelligitur immobiliter, hoc est incommutabiliter est locutus, sicut novit incommutabiliter omnia que futura sunt et que ipse facturus est. Tria autem fata fingunt in colo et fuso digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora: preteritum, quod in fuso iam netum atque involutum est; presens, quod inter digitos nentis traicitur; futurum, in lana que colo implicata est, et quod adhuc per digitos nentis ad fusum tamquam presens ad preteritum traiciendum est. Parcas per antifrasin appellatas, quod nulli parcant. Quas tres esse voluerunt: unam que vitam hominis ordiatur, alteram que contexat, tertiam que rumpat. Incipimus enim cum nascimur, sumus cum vivimus, desinimus cum interimus. Fortunam a fortuitis nomen habere dicunt, quasi deam quandam res humanas variis casibus et fortuitis illudentem. Unde et cecam appellant, eo quod passim in quoslibet incurrens sine ullo examine meritorum et ad bonos et ad malos venit. Fatum autem a fortuna separant, et fortuna quasi sit in his que fortuitu veniunt nulla palam causa, fatum vero appositum singulis et statutum aiunt. Aiunt et tres Furias feminas crinitas serpentibus, propter tres affectus qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, et interdum cogunt ita delinquere, ut nec fame nec periculi sui respectum habere permittant. Ira, que vindictam

cupit cupiditas que desiderat opes
libido que appetit voluptates que
ideo furie appellantur quod stimulis suis
mentem feriant et quietam esse non si-
nant. Nymphas deas aquarum esse
putant dictas a nubibus nam ex nubibus
aque unde derivatum est. Nymphas deas
aquarum quasi numina lympharum. Nymphas
autem dicunt et musas quasi nymphas
nec immerito, nam aque motus musicam ef-
ficit. Nympharum apud gentiles nu-
mina sunt vocabula, nymphas quippe mon-
tium oreades dicunt, silvarum driades,
fontium amadriades, camporum naides,
maris nereides. Heroas dicunt a Iuno-
ne, Iunonis nomine grece enim Iuno Hera
appellatur et ideo nescio quis filius
eius secundum grecorum fabulam Heros fuit
appellatus, hoc nimirum velud mysticum
significante fabula quod aer Iunoni de-
putetur ubi volunt heroas habitare. Quo
nomine appellant alicuius meriti
animas defunctorum quasi aeroas
id est viros aereos et celo dignos
propter sapientiam et fortitudinem. Pena-
tes gentiles dicebant omnes deos
quos domi colebant et penates dicti
quod essent in penetralibus id est in secretis.
Hii dii quomodo vocabantur vel que
nomina haberent ignoratur. Manes
deos mortuorum dicunt quorum pote-
statem inter lunam et terram asserunt,
a quibus et mane dictum existimant,
quos putant esse quos manium
id est rerum est manes deus pure
per late manant per auras sive ex-

id est mites sunt et immanes contrario nomine
sunt appellati. Apuleius autem ait per contra-
ria antiphrasin dici manes hoc est mites
et modestos cum sint terribiles et im-
manes ut Parcas Eumenides. Larvas
ex hominibus factos demones aiunt qui
merito mali fuerint, quarum natura esse
dicitur terrere parvulos et in angulis garrire
tenebrosis. Lamias quas fabule tra-
dunt infantes vadere ac laniare
solitas a laniando specialiter dictas.
Pilosi qui grece panite, latine in-
cubi nuncupantur sive inui ab ineundo
passim cum animalibus, unde et incubi
dicuntur ab incumbendo, hoc est stuprando.
Sepe enim improbi existunt etiam
mulieribus et earum peragunt concubitum,
quos demones Galli Dusios vocant
quia assidue hanc peragunt immunditiam.
Quem autem vulgo incubonem vocant,
hunc Romani Faunum Ficarium dicunt.
Ad quem Oratius dicit: Faune nym-
pharum fugientium amator per meos fines
et aprica rura lenis incedas.

Explicit liber octavus

Incipit capitula libri noni

Incipit liber .ix. de linguis gentium

l Linguarum diversitas exorta est in edificatione turris post diluvium. Nam priusquam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam divideret societatem, una omnium nationum lingua fuit, que hebrea vocatur, qua patriarche et prophete usi sunt non solum in sermonibus suis verum etiam in litteris. Initio autem quot gentes tot lingue fuerunt, deinde plures gentes quam lingue, quia ex una lingua multe sunt gentes exorte. Lingue autem dicte in hoc loco pro verbis que per linguam fiunt, genere locutionis illo quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur, sicut os dicitur pro verbis, sicut manus pro litteris. Tres autem sunt lingue sacre: hebrea, greca, latina, que toto orbe maxime excellunt. His enim tribus linguis super crucem domini a Pilato fuit causa eius scripta. Unde et propter obscuritatem sanctarum scripturarum harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur, si quam dubitationem nominis vel interpretationis sermo unius lingue attulerit. Greca autem lingua inter ceteras gentium clarior habetur; est enim et latinis et omnibus linguis sonantior. Cuius varietas in quinque partibus discernitur, quarum prima dicitur koine, id est mixta sive communis qua omnes utuntur. Secunda attica, videlicet athenensis, qua usi sunt omnes grecie auctores. Tertia dorica, quam habent egyptii et syri. Quarta ionica. Quinta eolica, quam eolisca locutos dixerunt. Et sunt in observatione grece lingue eiusmodi certa distincta; sermo enim eorum ita est dispertitus. Latinas autem linguas esse

quattuor quidam dixerunt, id est priscam, latinam, romanam, mixtam. Prisca est qua vetustissimi Italie sub Iano et Saturno sunt usi, incondita ut se habent carmina saliorum. Latina quam sub Latino et regibus Tuscie ceteri in Latio sunt locuti, ex qua fuerunt XII tabule scripte. Romana que post reges exactos a populo romano cepta est, qua Nevius, Plautus, Ennius, Virgilius poete et ex oratoribus Gracchus et Cato et Cicero vel ceteri effuderunt. Mixta que post imperium latius promotum simul cum moribus et hominibus in romanam civitatem irrupit, integritatem verbi per solecismos et barbarismos corrumpens. Omnes autem orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt, sicut hebrei et syri. Omnes mediterranee gentes in palato sermone feriunt, sicut greci et asiani. Omnes occidentales verba in dentibus frangunt, sicut itali et hispani. Syrus et chaldeus vicinus est hebreo in sonis consonans et plerisque litterarum sono. Quidam autem arbitrantur linguam ipsam esse chaldeam, quod abraham de chaldeis fuit. Quod si hoc recipitur, quomodo in daniele hebrei pueri linguam quam non noverant doceri iubentur? Omnem autem linguam unusquisque hominum sive grecam sive latinam sive ceterarum gentium aut audiendo potest tenere aut legendo ex preceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit cuiquam, quam remota desidiosus est cum in sua gente positus sue gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandus est nisi animalium brutorum deterior

illa cum grece vocis clamorem exprimunt. Iste dictior qui grece lingue cunctarum notitia. Cuiusmodi autem lingua locutus est deus in principio mundi dicens fiat lux inuenire difficile est. Nondum enim erant lingue. Item qua lingua postea exterioribus hominum auribus insonuit maxime ad primum hominem loquens vel ad prophetas vel dum corporaliter sonuit vox dicentis dei tu es filius meus dilectus. Ubi a quibusdam creditur illa lingua una et sola que fuit quam esset diuersitas linguarum. In diuersis quippe gentibus creditur quod eadem lingua illis deus loquatur qua ipsi homines utuntur ut ab eis intelligatur. Loquitur autem deus hominibus non per substanciam inuisibilem sed per naturam corporalem per quam etiam hominibus apparere voluit quando locutus est. Dicit etiam apostolus si linguis hominum loquar et angelorum. Ubi queritur qua lingua angeli loquantur non quod angelorum alique lingue sint sed hoc per exaggeracionem dicitur. Item queritur qua lingua in futurum homines loquantur. Nusquam reperitur. Nam dicit apostolus sive lingue cessabunt. Ideo autem prius de linguis ac deinde de gentibus posuimus quia ex linguis gentes non ex gentibus lingue exorte sunt.

Nota de descripcione linguarum

De gentium vocabulis. II.

Gens est multitudo ab uno principio orta sive ab alia natione secundum propriam collectionem distincta ut grecie asie. Hinc et gentilitas dicitur. Gens autem appellata propter generationes familiarum id est agnationes sicut nationes. Gentes autem a quibus diuisa terra xv sunt de iaphet xxx et una de cham xxvii de sem que fiunt lxxiii vel potius ut ratio declarat lxxii totidemque lingue que per terras esse ceperunt queque crescendo prouincias et insulas impleuerunt.

Sem

Filii sem quique singulariter gentes singulas procreauerunt quorum primus elam a quo elamite principes persidis. Secundus assur a quo assyriorum pullulauit imperium. Tercius arfaxat a quo chaldeorum gens exorta. Quartus ludi a quo lidi. Quintus aram a quo syri quorum metropolis fuit damascus. Filii aram nepotes sem quatuor hus et ul et gether et mesa. Hus traconitidis conditor qui inter palestinam et celesyriam tenuit principatum unde fuit iob secundum iob capitulum primum est vir erat in terra hus. Secundus ul a quo armenii. Tercius gether a quo carmeli siue carie. Quartus mesa a quo sunt hii qui vocantur meones. Posteritas arfaxat filii sem. Heber nepos arfaxat a quo hebrei. Iectan filius heber a quo indorum orta est gens. Sale filius iectan a quo bactriani licet eos alii scitarum exules suspicentur. Ismahel filius abraham a quo ysmahelite qui nunc corrupto nomine sarraceni quasi a sarra et aggareni ab aggar. Nabeoth filius ysmahel a quo nabathei qui ab eufrate in mare rubrum inhabitant. Moab et amon filii loth a quibus moabite et amonite

Edom filius esau a quo ydumei. hec
sunt gentes que de sem stirpe descendunt
possidentes terram meridianam ab ortu so-
lis usque ad phenicem. Filii cham iiii^or
ex quibus orte sunt gentes. Chethus a quo
ethiopes geniti. Mesraym a quo egyp-
tii perhibentur exorti. Phuth a quo
libyi unde et mauritanie flumen
usque in presens phuth dicitur omnisque circa eum
regio phutensis. Chanaan a quo afri
et phenices et chananeorum decem
gentes. Item ex nepotibus cham filius
chus nepotes cham sex filii chus et
sabba et euilath sabatha regma saba-
tha. Saba a quo progeniti et appellati
sabei de quibus virgilius solis est thu-
rea virga sabeis. hii sunt arabes.
Euilath a quo getuli in parte remotio-
ris affrice heremo coherentes. Saba-
tha a quo sabathei qui nunc asta-
bai nominantur. Regma vero et saba
thaa paulatim antiqua vocabula perdiderunt
et que nunc ab illis habeant ignoratur.
Filii regma saba et dadan. hic saba
per sin literam scribitur in hebreo. ille autem
superior saba per samech a quo appella-
tos sabeos interpretatur. Aut nunc saba
arabia. Dadan a quo gens ethio-
pie in occidentali plaga. Filii mesa-
rym labim a quo libyi qui quondam
phuthei vocabantur. Cesloim a quo philis-
tiim quos veteres allophilos nos mo-
do corrupte palestinos vocamus. Cetere
sunt gentes ignote sunt quia bello ethio-
pico subverse usque ad oblivionem pre-
teritorum nomina pervenerunt. Filii chanaan
xi. ex quo chananeorum decem gentes

quarum terram hii expulsis iudei posse-
derunt. Quorum primogenitus sydon a quo
sydones unde et urbs eorum in phenice
sydon vocatur. Secundus ethi a quo
ethei. tertius iebus a quo iebusei quorum
fuit iherusalem. Quartus amorreus a quo
amorrei. Quintus gergeseus a quo
gergesei. Sextus eueus a quo euei
ipsi sunt gabaonite a ciuitate gabaon
qui supplices venerunt ad iesum. Sep-
timus aratheus qui arethusam condidit
oppidum contra tripolim in radicibus
libani situm. Octauus asereus a quo
aserei. Nonus aradius a quo ara-
dii sunt qui aradum insulam posse-
derunt angusto freto a fenicis litore
separatam. Decimus amoreus a quo
syrie nobilis ciuitas que vocatur
tortis. Undecimus amattheus. Hee sunt
gentes de stirpe cham que a sydone
usque ad gaditanum fretum omnem
meridianam partem tenent. Nunc ergo
filiorum iapheth. Filii igitur iapheth
septem nominantur. Gomer ex quo
galathe id est galli. Magog ex quo
arbitrantur scythas et gothos traxisse
originem. Madai a quo medos ex-
ortos putant. Iuban a quo iones
qui et greci unde et mare ionium. Thu-
bal a quo hiberi qui et hispani licet
quidam ex eo et italos suspicentur.
Mosoch ex quo cappadoces unde et
urbs apud eos usque hodie mezaca
dicitur. Tyras a quo traces quorum non
satis immutatum vocabulum est quasi
tirraces. Filii gomer nepotes ia-
pheth asemaz a quo sarmate quos

Iafeth

que regiones vocantur. Riphat a quo pa-
flagones. Thogorma a quo sunt Phriges.
Filii Iavan. Elisa a quibus greci he-
lisei qui vocantur Eolides. Unde et lin-
gua quinta greca Eolis appellatur. Thar-
sis a quo Cilices ut Iosephus arbi-
tratur. Unde et metropolis civitas
eorum Tharsus. Cethim a quo Cethei
id est Cyprii a quibus hodieque urbs Cithi-
um nominatur. Dodanim a quo Rodii.
Hee sunt gentes de stirpe Iapheth que
a Tauro monte ad aquilonem me-
diam partem Asie et omnem Europam usque
ad occeanum Britannicum possident
nomina et locis et nominibus relinquentes
de quibus postea immutata sunt plurima
cetera permanent ut fuerunt. Nam
multarum gentium vocabula partim man-
serunt ita ut hodieque appareat unde
fuerant derivata sicut ex Assur A-
ssyrii ex Heber Hebrei. Partim vero
temporis vetustate ita mutata sunt ut
vix homines doctissimi antiquissimas
historias perscrutantes nec omnium sed
aliquarum ex istis origines gentium
possent reperire. Nam quod ex filio
Cham qui vocatur Mesraim Egyp-
tii sunt exorti nulla hic resonat
origo vocabuli sicut nec vocabuli Ethi-
opum qui dicuntur ad eum filium Cham
pertinere qui Chus appellatus est. Et
si omnia considerentur plura gentium
mutata quam manentia vocabula ap-
parent quibus postea nomina diversa
dedit ratio. Nam Indi ab Indo
flumine dicti sunt qui ab occidentali parte
eos includit. Seres a proprio oppido

nomen sortiti sunt gens ad orientem
sita apud quos de arboribus lana con-
texitur. De quibus est illud: Ignoti facie
sed noti vellere Seres. Gangaride populi
sunt inter Assyrios Indosque habitantes
circa Gangen flumen unde etiam Gan-
garide nuncupati sunt. Hyrcani dicti
a silva Hyrcania ubi sunt plurime ty-
grides. Bactriani fuerunt qui
suorum factione a Scythis suis pulsi
iuxta Bactram orientis fluvium
consederunt et ex vocabulo eius nomen
sortiti sunt. Huius gentis rex fuit Zo-
roastres inventor magice artis.
Parthi quoque ipsi a Scythis origines
trahunt. Fuerunt enim eorum exules quod
etiam eorum vocabulo manifestum est. Nam
Scythico sermone exules parthi dicun-
tur. Hii similiter ut Bactriani domesticis
seditionibus Scythia pulsi solitudines
iuxta Hyrcaniam primum furtim
occupaverunt deinde pleraque finium
etiam virtute obtinuerunt. Assyrii
ab Assur filio Sem vocati gens
potentissima que ab Eufrate usque
ad Indorum fines omnem in medio
tenuit regionem. Medi a rege
suo cognominati putantur. Nam
Iason Pellie regis frater Esonis
filius Thessalia pulsus est cum Me-
dea uxore sua cuius fuit privignus
Medus Egei Atheniensium regis filius
qui post mortem Iasonis orientis plagam
perdomuit ibique Mediam urbem con-
didit gentemque Medorum nomine
suo appellavit. Ex id est remunus

in genesi quod madai auctor gentis
medorum fuit a quo et cognominati ut
supra diximus. Perse a perseo rege
sunt vocati qui greciam ad asiam transiens
ibi barbaras gentes gravi diuturno
que bello perdomuit novissime victor
nomen subiecte genti dedit. Per
se autem ante cyrum ignobiles fuerunt et
nullius inter gentes loci habebantur. Chal
dei qui potentissimi fuerunt. Casdei qui
nunc chaldei vocantur a chased filio
nachor fratris abraham cognominati
sunt. Sabei dicti apo tou sebestai quod
est supplicari et adorare quia divinitatem
eorum thura veneramur. Ipsi sunt et ara
bes quia in monte arabie sunt qui vocatur
lybanus ubi thura colliguntur. Syri
ab assur vocati perhibentur qui fuit
nepos abraham ex cethura. Quos
autem veteres assyrios nos vocamus
syros a parte totum appellantes. Hebrei
vocati sunt ab heber qui pronepos fuit
sem. Israhelite vocati ab israhel filio
ysaac. Nam israhel primarcha hebreorum
fuit. ab isto duodecim hebreorum tribus
israhelis vocabulum sortite sunt. Iudeis
autem sortita de tribu iuda nomina po=
suit. Nam ante hebrei sunt ipsi
nuncupabantur. Ex quo autem in regna
duo dei populus est divisus tunc due
tribus que de stirpe iuda reges habu
erunt iudeorum nomine potite sunt. reli
que decem tribus que in samaria reges
constituerunt ob populi magnitudinem pristi
num nomen retinuit israhel. Sama
ritanorum gens sumpsit exordium ab

assyriis qui transmigrati habitaverunt in
samaria qui latine interpretantur custodes
eo quod captivato israhel ipsi in terra regionis
eorum ad custodiam collocati sunt. Fenices
cadmi fratre de thebis egyptiorum in syria
profectus apud sydone regnavit eos
populos ex suo nomine fenices eamque
provinciam fenice nuncupavit. Sydo
nes autem a civitate sydon vocabulum
perhibent. Sarraceni di
cti quod ex sarra genitos se predicant
vel sicut gentiles aiunt quod ex origine
syrorum sint quasi syrigene. Hii per
amplam habitant solitudinem. Ipsi sunt
et ysmahelite liber ad genesis docet
quod fuit ex ysmahele. Ipsi cedar a
filio ysmahelis. Ipsi agareni (agarem) ab
agar. qui ut diximus perverso nomine sar
raceni vocantur quia ex sarra se genitos
gloriantur. Philistei ipsi sunt palesti
ni quia p litteram sepe hebrei non habent
sed pro eo phi greco utuntur inde philistei
pro palestinis dicuntur a civitate utique
sua. Idem et allophili id est alienigene
ob hoc quod semper fuerunt inimici
israhel et longe ab eorum genere ac socie
tate separati. Chananei appellati a
chanaan filio cham quorum terram
iudei possederunt. Ex cuius origine
fuit emor patri sichem a quo amor
rei sunt nuncupati. Egyptii ab egypto
quodam rege suo vocati sunt. Nam
antea aerii dicebantur. interpretantur autem
lingua hebraica egyptii affligentes
eo quod afflixerunt dei populum prius quam
divino auxilio liberarentur. Armenii

ex thessalia uenus de numero ducum iasonis qui ad colchos profecti sunt recollecta multitudine que amisso rege iasone passim uagabantur armeniam condidit gentique ex suo uocabulo nomen dedit. Limes e persis qui scithas ab eis diuidit scithia cognominatus a quo limite scithe aquilonales phisicus uocati gens antiquissima fuit tanta. Hii pastores bactanos quos femine autem eorum amazonum regnum condiderunt. Massagete ex scitharum origine sunt dicti massagete quasi graues i. fortes gete. Nam sicut liuius argentum graue dicit i. massis. Hii sunt qui inter scithas atque albanos septentrionalibus iugis inhabitant. Amazones dicte sunt eo quod simul uiuent sine viris quasi amazoni siue quod adustis dexterioribus mamis erant ne sagittarum ictus impedirentur quasi amozonoi. Mundabatur enim quem adusserat mamma. thas quandam tyrannus unimamas dicat. mas tantum e amazonum quasi ante mazos i. sine mama. thas iam non eo quod ceterum prium ab hercule primum ab achille uel allexandro usque ad internitionem delete sunt. Hunnos asiatice scithie getes que posteros se iasonis credunt albo crine nascuntur ab assiduis niuibus et ipsius capilli color genti nomen dedit et inde dicuntur albani. Eorum glauca oculis i. picta in est pupilla adeo ut nocte plus quam die cernant. Albani autem uicini amazonum fuerunt. Hugos antea hunnos uocatos et postremo a rege suo abaros appellatos qui prius in ultima meotide inter glacialem thanaim et massagetarum inmanes populos habitauerunt deinde pernicibus equis caucasi rupibus feras gentes allexandri claustra cohibentes irruperunt et orientem xx annis tenuerunt captiuum et ab egyptiis atque ethiopibus annuum vectigal exegerunt. Troianorum gens antea dardania a dardano nominata. Nam dardanus et iasius fratres ex grecia profecti ex quibus iasius ad tracia dardanus ad frigia peruenit ibique primus regnauit. Post quem filius eius ericthonius deinde nepos eius tros a quo troiani nuncupati sunt. Galathe galli esse noscuntur qui in auxilium a rege bithinie euocati regnum cum eo facta victoria diuiserunt sicque deinde grecis admixti primum gallogreci nunc ex antiquo gallorum nomine galathe nuncupantur. Greci antea thessali a thessalo postea a greco rege greci sunt nuncupati. nam greci prius thessali fuerunt. Lapithas autem gentem thessalie fuisse aiunt circa pelion amnem olim inhabitantes a lapitha apollinis filio nuncupatos. Sicionii greci sunt nuncupati a sicionio rege. Hii primum egialei uocabantur a rege egialeo qui primus sicionis imperauit a quo et egialea ciuitas nuncupata est que nunc pelepolensis uocatur a pelope rege suo. Ipsi sunt et archades ab archade rege iouis et calistone filio dicti. Danai a danao rege uocati idem et argiui ab argo conditore cognominati. Postquam cum rex grecorum apis mortuus esset huic filius argus successit in regnum et ex eo

argini appellati sunt qui cum alteris post
obitum deus illorum cepit templo et sacrifi-
cio honoratus. Athei qui et athini ab
atheo iouis filio dicti. Pelasgi nominati
quod cum velis pelagi uerno tempore aduenis-
se italiam uisi sunt ut aues primo enim
eos italia appulisse comperimus. Alii vero
pelasgos a iouis et larisse filio perhibent
dictos. Myrmidones fuerunt achillis socii
dolo pereunte dicti autem sunt myrmidones
propter astutiam quasi myrmice id est formice.
Demostenes autem dicit dictos myrmido-
nas a myrmidone duce iouis et euri-
meduse filio. Cecropi atheniensium
regi successit cranaus cuius filia athis
nomine et regioni et genti dedit et
exinde athica cognominata quod sunt athe-
nienses. Ion vir fortis ex suo nomine
eosdem athenienses vocauit iones.
Macedones a nomine ematonis regis
antea ematia nuncupati sunt postea ma-
cedones a macedone rege deucalio-
nis materno nepote. Epirote a pirro
achillis filio pirride prius postea vero
epiro rege ad italiam transire presumpserunt.
Dorus neptuni et helepis filius fuit
inde dori et originem et nomen ducunt.
Sunt autem pars grece gentis ex quibus
etiam cognominata est tercia lingwa grecorum
que dorica appellatur. Lacedemones a la-
cedemone semeles filio dicti hii diu
pugnantes in bello contra messenios
veriti ne diminutione prolis amitterent
spem prolis preceperunt ut virgines eorum
cum iuuenibus domi relictis coirent.
Sicque ex promiscuo virginum et maiorum
concubitu iuuenes de incertis patribus
nati ex nota matrum pudoris sparthani

vocati sunt. Nam veteres spartanos quos
et lacedemonas. Spartanos vero pro-
repertinos aduersus athenienses quasi de
terra conuersos eorum pre confinitos
ita vocatos. Cretes a crete filio iapiteth
qui vocatus est cyretes et curete et cognominati
ut supinus deum esse prohibent. Hinc
gentiles eos ex mendacibus ita dictos ex-
istimant quod sunt cretes. Cretensium
vero omnium gentium fuit unde et multa
de eis fabula narratur quod captiuos
diis suis litarent et humanum sanguinem
in offeribus capitum potarent solicitati erant.
De quibus virgilius Heu fuge crudeles
terras fuge litus auarum. Cilicum crudelium
et auarorum. Ipsorum genus originem
a colchis ducunt qui missi ad argo-
nautas persequendos ut a ponto intra-
uerunt ystrum flumen deuecti a lannis
quo cum recesserunt appellati sunt.
Romani a romuli nomine inuenta-
ti qui urbem romam condidit gentique
et ciuitati nomen dedit. Hii antea
a saturno saturnii a latino latini vocati
sunt sed nam latinus italie rex fuit
qui ex suo nomine latinos appellauit
qui postea romani appellati sunt. Hii et
quirites dicti quod quirinus dictus est romu-
lus quod semper hasta utebatur que sa-
binorum lingwa chiris dicitur. Italus
quoque et sabinus et sicanus fratres
fuerunt ex quibus nomina populis imposi-
ta et regionibus sunt. Sed nam ab ita-
lo itali a sabino sabini a sycano
sycani cognominati sunt ita et siculi.
Tusci ytalie gens est a frequentia sa-
crorum et thuris vocata id est a theosyn

thesium. Umbri italie gens est gallorum
veterum propago qui apenninum montem
incoluerunt de quibus historie perhibent
eo quod tempore aquose cladis ymbri-
bus superfuerint et ob hoc umbrios grece
nominatos. Marsi gens italie dicta
a comite liberi marsya qui usum illis
vitium ostendit et ob hoc illi statuam fecerunt
quam postea romani victis marsis tu-
lerunt. Marsos autem grece oscos vocant
quasi o φ ε κ ι c quod multos serpentes
habeant et o φ ε κ ι c serpens dicatur. Illos
autem ee carminum maleficiis inexpugnabiles constat
aut plagam apennini montis si-
mul cum umbris. Gothi a magog
filio iapheth nominati putantur de simi-
litudine ultime sillabe quos veteres ma-
gis getas quam gothos vocaverunt.
gens fortis et potentissima. corporum
mole ardua. armorum genere terribilis.
de quibus lucanus sic dicit. premat
inde getes occurrat hibernis. Daci autem
gothorum soboles fuerunt et dictos putant
dacos quasi dagos quia de gothorum
stirpe creati sunt. de quibus est illud ibit
arctos procul usque dacos. Bessi
barbari fuerunt qui multitudine boum
sic vocati creduntur de quibus quidam qui
colit terre medium ut ille dives aut
to bene pelliceus ac solo rupe. Gi-
pides pedestri prelio magis quam
equestri sunt usi et ex hac causa
ita vocati. Sarmate patentibus
campis armati inequitabant prius
quam eos lentulus danubio prohibe-
ret atque inde a studio armorum sarmate
nuncupati existimantur. Danubius fluvius

fertur ultra danubium quod alani dicti sunt quod
et ipsi inhabitantes iuxta lemannum flu-
vium alemanni vocantur. De quibus lucanus
deserit et castra teutonica fera lemannus
Longobardus vulgo fertur nominatus a pro-
lixa barba et numquam tonsa. Vindelici
amnis ab extremis gallie erumpens iuxta
quem fluvium inhabitasse et ex eo traxisse
nomen vandali perhibentur. Germanie
gentes dicte quod sint inmania corpora
inmanesque nationes sevissimis durate
frigoribus qui mores ex ipso celi rigore
traxerunt feroces animis et semper indomiti raptu venatu
que viventes. Horum plurime gentes
varie armis discolores habitu linguis
dissone et origine vocabulorum incerte ut to-
losates ansivari quadi tungri marco-
manni bructeri camasi blangiani
tubantes quorum inmanitas barbarie
etiam in ipsis vocabulis horrorem quendam
significat. Suevi pars germanorum fuerunt
in fine septentrionis de quibus lucanus
fundit ab extremo flavos aquilone
suevos quorum fuisse centum pagos
et populos multi prodiderunt. Dicti autem
suevi putantur a monte suevo qui ab or-
tu initium germanie facit cuius loca
incoluerunt. Burgundiones quondam
a romanis subacta interiori germania
per castrorum limites posita a tiberio
cesare in magnam coaluerunt gentem
atque ita colonis nomen imposuerunt
quia crebra per limites habitacula consti-
tuta burgos vulgo vocant. hii postea
rebelles romanis effecti plus quam
octingenta milia armatorum ripe
reni fluminis insederunt et nomen

gentes obtinuerunt. Saxonum gens
in occeani litoribus et paludibus inviis
sita virtute atque agilitate habilis. Un-
de appellata quod sit durum et validissimum
genus hominum et prestans ceteris piraticis.
Franci a quodam proprio duce vocari pu-
tantur. Alii eos a feritate morum nuncu-
patos existimant. Sunt enim in illis
mores inconditi naturalis ferocitas
animorum. Brittones quidam latine
nominatos suspicantur eo quod bruta sit
gens inter occeanum interfuso mari
quasi extra orbem posita. De quibus
Virgilius: Toto divisos orbe Brittan-
nos. Scotti propria lingua nomen
habent a picto corpore eo quod aculeis
ferreis cum atramento variarum figurarum
stigmate annotentur. Galli a candore
corporis nuncupati sunt. Gala enim grece
lac dicitur. Unde et Sibilla sic eos appellat
cum ait de hiis: Tunc lactea colla au-
ro innectuntur. Secundum diversitatem enim
celi et facies hominum et colores et corporum
quantitates et animorum diversitates exis-
tunt. Inde romanos graves, grecos
leves, afros versipelles, gallos natura
feroces atque acriores ingenio pervide-
mus quod natura climatum facit. Gal-
li autem Senones antiquitus Xenones
dicebantur quod liberum hospitio recepis-
sent. Postea x in s litteram commutata. Vac-
cea oppidum fuit iuxta pirineum
a quo sunt cognominati Vaccei de quibus
creditur dixisse poeta late que vagantes
vaccei. Hii pirinei iugis pamplam
montis habitabant solitudinem. Idem et
vascones quasi vaccones c in s trans-

mutata. Quos gneus pompeius
edomita hispania et ad triumphum ve-
nire festinans de pirinei iugis de-
posuit et in unum oppidum congregavit et
unde convenarum urbs nomen accepit.
Hispani ab hibero amne primum hi-
beri postea ab hispano hispani cogno-
minati sunt. Gallici a candore unde et
galli. Reliquis enim hispanie populis
candidiores existunt. Hii grecam qui
originem asserunt unde et naturali
ingenio callent. Siquidem post finem
belli troiani teucrum morte aiacis
fratris invisum patri Thelamoni dum
non reciperetur in regnum cyprum ces-
sisse ibique urbem nomine antique
patrie salaminam condidisse. Inde ad
galliciam profectum et positis sedibus
ex loco genti nomen dedisse. Astu-
res gens hispanie vocati eo quod cir-
ca asturam flumen septi montibus silvisque
crebris inhereant. Cantabri gens
hispanie a vocabulo urbis et hiberi
amnis cui insident appellati. Horum
animus pertinax et magis ad latro-
cinandum et ad bellandum et ad patien-
dum verbera semper parati. Celtiberi ex gal-
lis celticis fuerunt quorum ex nomine
appellata est regio celtiberia. Nam
ex flumine hispanie hibero ubi
consederunt et ex gallis qui celtae
dicebantur mixto utroque vocabulo
celtiberi nuncupati sunt. Afri appellati
ab uno ex posteris abrahe qui vo-
cabatur Affer qui dicitur duxisse adversus
libiam exercitum et ibi victis hostibus
consedisse eiusque posteros ex nomine

altam et affros et affricam intumpsisse Peni autem kartaginenses sunt a phe-
nicibus nuncupati qui cum didone profecti
sunt Tyreus ab assyria urbe pheni-
cum nominatus de qua profecti sunt et in af-
frice litus venerunt Getuli gete di-
cuntur fuisse qui in genti agmine a
locis suis navibus conscendentes loca
syrtium in libia occupaverunt et quia
ex getis venerant diriuato nomine
getuli cognominati sunt unde et opinio
est apud gottos ab antiqua cognatione
mauros consanguinitate propinquos sibi
vocare Affricam autem initio habuere
libies deinde affri post hec getuli
postremum mauri et numidi ut aff-
ri putant sic supponunt exordium et vo-
cabulum nam postquam in hispania hercu-
les interiit exercitus eius compositus
ex variis gentibus amisso duce passim
sibi sedes quesiuit et ex eis medi et
medi persi armenii navibus in af-
fricam transvecti proxima mari loca
occupavere Sed perse dum materiam in
agris construendis domiciliis non in-
venirent et ignara lingua commercium
prohiberet patentes agros et diversas
solitudines vagabantur et conversabantur
vagabundos semet ipsos propria lingua lin-
gua numidas appellaverunt i. sine oppi-
do vagos et errones Medi autem
cum libiis se miscuerunt qui proxima
hispanie habitabant quorum nomen
libies corrupte barbara lingua mau-
ros pro medis appellantes licet mauri
ob colorem a grecis vocentur greci enim nigrum

mauron vocant Estifero quippe calore
afflati speciem atri coloris ducunt Mas-
silia civitas affrice est non longe ab
athlante et ortis esperidum de qua civita-
te massili vocati sunt quos nos cor-
rupte massilos vocamus De quibus
virgilius hinc michi massilie gentis
monstrata sacerdos Gaulaloi gentes
sunt a meridie usque oceanum esperium perua-
gantes his nomen gauloen insula
dedit que est iuxta ethiopiam ubi nec
serpens nascitur nec vivit Garamantes
populi affrice prope cyrenas inhabitantes
a garamante rege apollinis filio no-
minati qui ibi ex suo nomine gara-
mam oppidum condidit sunt autem proximi
gentibus ethiopum de quibus virgilius Ex-
tremi garamantes extremi autem quia seui
et a consortio humanitatis remoti Esperii
vero sunt qui circa hispaniam commorantur
nam hispania esperia Ethiopes dicti
a filio cham qui vocatus est chus ex
quo originem trahunt Chus enim
hebrea lingua ethiops interpretatur
hii quondam ab indo flumine consurgen-
tes iuxta egyptum inter nilum et occeanum
in meridie sub ipsa solis vicinitate in-
sederunt quorum tres sunt esperii gara-
mantes et indi Esperii sunt occidentis
garamantes tripolis indi orientis
Trogodite gens ethiopum ideo nuncu-
pata quod tanta celeritate pollet ut
feras cursu pedum assequatur Pa-
phagi et ipsi in ethiopia sunt quibus
esca est quidquid mandi potest et omnium
fortuitu gignentium et inde appellati

Ichtiofagi eo quod venando in mari valeant
et piscibus tantum alantur. Hii post Indos mon-
tanas regiones tenent quos subactos
Allexander magnus piscibus vesci
prohibuit. Antropofagi gens asperrima
sub regione Sericum sita qui quia huma-
nis carnibus vescuntur ideo antropofa-
gi nominantur. Itaque sicut hiis et ceteris
gentibus propria aut regibus aut a locis
aut moribus aut ex quibuslibet aliis
causis immutata vocabula sunt ita ut
prima origo nominis eorum temporum vetusta-
te non pateat. Iam vero hii qui antipo-
des dicuntur eo quod contrarii vestigiis nostris
esse putantur ut quasi sub terris positi
adversa pedibus nostris calcent vestigia
nulla ratione credendum est quia nec soli-
ditas patitur nec centrum terre sed neque hoc ulla
historie cognitione firmatur sed hoc poete
quasi ratiocinando coniectant. Titanas
aut quasdam in Grecia ferunt fuisse
robustos et excellentes viribus populos quos
ferunt fabule ab irata contra deos terra
ad eius ultionem creatos. Unde et tyta-
nes dicti i. abultione
quia quasi ulciscendi matris terre causa
in deos armata exstiterit quos fabula-
cione bello fuisse superatos atque extinc-
tos fingunt propter quod celo iactis fulminibus.

De regnis milicie · iii · incipit

Regnum a regibus dictum nam sicut
reges a regendo vocati ita reg-
num a regibus. Regnum universe nationes
suis quoque temporibus sunt ut Assyrii et
Medi et Perse Egyptii Greci quorum vices
sors temporum ita volutavit ut alterum ab
altero solveretur. Inter cetera autem regna
terrarum duo regna ceteris gloriosa tradun-
tur Assyriorum primum deinde Romanorum
ut temporibus et locis inter se ordinata
atque distincta sunt. Nam sicut illud
prius hoc posterius ita illud in oriente
hoc in occidente exortum est. Denique
illius fine huius initium confestim fuit.
Regna cetera ceterique reges velud ap-
pendices istorum habentur. Reges a regendo
vocati. Sicut enim sacerdos a sacrificando
ita et rex a regendo. Non autem regit
qui non corrigit. Recte igitur faciendo
regis nomen tenetur peccando amittitur.
Unde et apud veteres tale erat proverbium
rex eris si recte facias si non facias
non eris. Regie virtutes precipue due
iustitia et pietas. Plus autem in regibus
laudatur pietas nam iustitia per se se-
vera est. Consules appellati a consulen-
do sicut reges a regendo sicut leges
a legendo. Nam cum Romani regum
superbam dominationem non ferrent annua
imperia binos que consules sibi fecerunt.
Nam fastum regium non benivolentia
consulentis sed superbia dominantis erat. Sunt
igitur consules appellati a consulendo civi-
bus ut a regendo cuncta consilio. Quos
tamen ideo mutandos per annos singulos
elegerunt ut nec insolens diu maneret
et moderatior cito succederet. Inde autem
pares quia una rem civilem alter rem
militarem administrabat. Regnum
autem annis quadringentis sexaginta
septem. Proconsules suffecti erant consu-
libus et dicti proconsules eo quod vice consulis
fungerentur sicut procurator curatoris
in actoris. Exconsules autem dicti quia iam



a consulatu exierint vel desierint pacto
vices sue anno. Dictatores quinto anno
post reges expulsos romani creave-
runt dum gener tarquinii ad iniuriam
soceri vindicandam ingentem adversus ro-
manos collegisset exercitum. Hii quinquen-
nii temporis imperio utebantur. Plus enim
erat honoris quam consules qui annuas
potestates tenebant et dicti dictatores quasi
principes et preceptores unde et magistri
populi nominabantur unde et edicta dicuntur.
Cesarum nomen a iulio cepit qui bello
civili commoto primus romanorum singula-
rem obtinuit principatum. Cesar
autem dictus quod ceso mortue matris utero
prolatus eductusque fuit vel quia cum cesa-
rie natus sit a quo et imperatores
sequentes cesares dicti eo quod comati es-
sent. Qui enim secto utero exime-
bantur cesones et cesares appellabantur.
Iulius autem dictus est ab iulo enee
filio sicut confirmat vir-
gilius. Iulius a magno demissum
nomen iulo. Imperatoris autem nomen
apud romanos eorum tantum prius fuit
apud quos summa rei militaris consis-
teret et ideo imperatores dicti ab imperan-
do exercitui. Sed dum diu duces titulis
imperatoriis fungerentur senatus cen-
suit ut augusti cesaris hoc tantum nomen
esset eoque is distingueretur a ceteris gen-
tium regibus quod et sequentes cesares
hactenus usurpaverunt. Solet enim
fieri ut primi regis nomen etiam reliqui
possideant sicut apud albanos ex
silvii nomine omnes reges albanorum
silvii appellati sunt sicut persas arsacide

apud egiptios ptolomei apud athe-
nienses cecropide. Augustus ideo a-
pud romanos nomen imperii est eo
quod olim augerent rem publicam ampli-
ficando quod nomen primus senatus
octaviano cesari tradidit ut quia
auxerat terras ipso nomine et titulo
consecraretur. Dum autem idem octavi-
anus cesar et imperator appellaretur
vel augustus postea vero dum ludos
spectaret et pronunciatum illi esset ut
vocaretur a populo dominus statim manu
vultuque suo indecoras adulationes
repressit et domini appellationem ut homo
inclinavit atque in sequenti die omnem
populum gravissimo edicto corripuit dominumque
se post hec appellari ne a liberis quidem suis
permisit. Fuit autem filius atie que
nata est de sorore iulii cesaris. Re-
ges autem olim tyranni apud grecos
basilii vocantur quia tamquam bases populum
sustinent unde et bases coronas habent.
Quanto enim quisque magis preponitur
tanto amplius pondere laborum gravatur.
Tyranni grece dicuntur idem et latine
et reges. Nam apud veteres inter regem
et tyrannum nulla discretio erat ut pars
mihi pacis erit dextram tetigisse tyran-
ni. Fortes enim reges tyranni voca-
bantur. Nam tyro fortis de qualibus
dominus loquitur dicens per me reges reg-
nant et tyranni per me tenent terram.
Iam postea in usum accidit tyrannos
vocari pessimos atque improbos reges
luxuriose dominationis cupiditatem et cru-
delissimam dominationem in populis ex-
ercentes. Princeps et dignitatis modum

significat et ordinis sicut est illud Virgilii
um principes ardentem conicit lampada
Turnus primus. Dicitur autem princeps
a capiendi significatione quod primus capiat
sicut municeps eo quod munia capiat.
Dux dicitur eo quod sit ductor exercitus.
Sed non statim quicumque principes vel
duces sunt eorum reges dici possunt. In
bello autem melius ducem nominari quam
regem. Nam hoc nomen exprimunt
in prelio ducentem. Unde et Virgilius du-
cis Evandri Pallantis quo cupidus moe-
duas sese quisque bonum non dixit in
re consulis. Monarche sunt qui sin-
gularem possident principatum qualis
Alexander fuit apud Grecos et Iulius
apud Romanos. Hinc et monarchia
dicitur. Monos quippe singularitas Greco
nomine, archia principatus est. Tetrar-
che sunt quartam partem regni tenentes
nam tetra quattuor est qualis fuit apud
Iudeam Philippus. Patricii autem in-
cipiunt sunt pro eo quod sicut patres filiis
ita provideat rei publice. Prefecti
dicti eo quod pretoria potestate presunt. Pre-
tores dicti idem qui et prefecti quasi pre-
positores. Presides vero dicti qui
alicuius loci tutelam presidaliter tenent.
Tribuni vocati quod militibus sive ple-
bibus tribuunt iura. Chiliarche sunt
qui mille preesunt quos nos millena-
rios nuncupamus et est Grecum nomen.
Centuriones dicti eo quod centum preest
militibus sicut quinquagenarii qui in ca-
pite sunt quinquaginta militum sicut de-
cani ab eo quod decem militibus preerunt.
Miles dictus quod mille erat ante
in uno vel quod unus est ex mille.

electis Romulus autem primus ex populo mi-
lites fecit et appellavit. Liber vero primus
militie ordinem docuit. Miles autem
ordinarius dicitur aut extraordinarius. Or-
dinarius est qui per ordinem militat nec
adhuc aliquo consecutus est gradu honoris.
Est enim gregarius id est humilis militie.
Extraordinarius vero qui ob virtutem promo-
vetur ex ordine. Emeriti dicuntur vetera-
ni soluta militia qui iam in usu plu-
rimo sunt quod mereri militie et abstipe-
diis sunt que merent. Idem et veterani di-
cuntur quia iam in usu plus non sunt
sed per multos militie labores cuncti
suffragium consequuntur. Equestres mili-
tes dicti quod equo sedeat neque militat
ille in equestri ordine. Tyrones
dicuntur fortes pueri qui ad militiam eli-
guntur atque armis gerendis habiles
existunt. Hii enim non ex sola professione
nativitatis sed ex aspectu et valitudine
corporis existimantur. Unde et tyrones
dicti qui ante quam sacramento probati
et milites non sunt. Romane autem
militie mos fuit puberes primos exer-
cere armis. Nam xvi anno tyro-
nes militabat quo etiam solo extris-
todibus agebat de quibus Virgilius et pri-
mo flore iuventus. Si nos sane
minorem militasse constat nisi depor-
tata iuventute excepto Hannibalis mili-
tie tempore cum post Cannense prelium in
tanta necessitate fuisset Romani ut
ne liberandorum quidem servorum ducerentur
facultas. Desertores vocati eo quod
desertis militaribus officiis evocabantur
hii in alios minores militie nomen
dare prohibentur. Sed si non magni temporis

tuscianum conuenerunt terre inimicis suis resti-
terunt. Sed et qui se dediderunt certatim
ad hostes transeuntes et ipsi desertores
vocantur. Conscripti milites dicuntur quia
in tabulis conscribuntur ab eo qui eos duc-
turus est. Sed conscripti vocantur cum de a-
lia in aliam legionem transeunt et inde
conscripti quia nomina dant ut conscribantur.
Optiones dicti eo quod sint nunc opta-
re eligere et proinde illud optamus
totum in regno i. elegit. Excubitores
dicuntur pro eo quod excubias semper agunt.
Sunt enim ex numero militum et in portici-
bus excubant propter regalem custodiam.
Excubie autem diurne sunt, vigilie
nocturne. unde et vigiles. Velites
erant apud romanos genus militie
a volitando dicti. Electi enim agilitate
iuvenes cum armis suis post terga
equitum consedebant et mox cum ad hos-
tes ventum esset equis desiliebant
et continuo pedites ipsi ex alia parte
equitibus per quos advecti fuerant
dimicantibus hostem perturbabant. Ab hijs
igitur velitibus elephanti quondam
hanibalis retroacti cum regi iam
amplius non possent fabrili scalpro
inter aures adacto necabantur. Castra
sunt ubi miles steterit dicta autem cas-
tra quasi casta vel quod illic castra-
batur libido. Nam nunquam hijs intererat
mulier. Militia autem a militibus dicta
aut a militia quasi mollitia
cum militum aut a mole rerum molestia.
Legio sex milium armatorum est ab electo
vocata quasi lecta i. armis electa. Pro-
prie autem legio macedonum phalanx gal-
lorum caterva nostra legio. Legio autem

habet sexaginta centurias manipulos xxx. cohor-
tes xx. turmas ducentas. Centurias
et proprie centurio i. centenos milites di-
misit unde et qui hijs presunt centuri-
ones dicuntur. Succenturiati vero sunt
non qui in prima sed qui in secunda centu-
ria sunt quasi sub prima centuria. Ty-
strictim etiam ipsi et in secretis positi
in bello sunt ut si prima defecerit ista
quos sub secunda dimicans laborantibus pro-
uis subveniat. Unde et ad insidia-
dum ponitur succenturiatus quasi ar-
mis dolosis instructus. Manipulus
ductorum e militum manipuli autem
dicti sunt milites sive quod bellum primo
manu inciperent sive quod antequam
signa essent manipulos sibi i. fascicu-
los stipule vel herbe aliquam pro
signis faciebant a quo signo mani-
pulares milites cognominati sunt.
De quibus lucanus quodam armatos
exemplo ad signa manipulos. Tur-
ma xxx equites sunt. Romani enim
equites in una tribu terceni fuerunt.
De singulis enim centurijs x dati
et fiebat turma. Cohors quingentos
milites habet. Tria sunt militie genera
sacramentum evocatio coniuratio. Sa-
cramentum in quo post electionem iurat
unusquisque miles se non recedere a mi-
litia nisi post completa stipendia i.
militie tempora et hij sunt qui habent
plenam militiam nam xxv. annis
tenentur. Evocatio dum ad subitum
bellum non solum miles sed et ceteri
evocantur. Unde etiam consul solebat
dicere qui rem publicam salvam es-
se vult me sequatur. Coniuratio quod fit

tumultum quia virtutem urbis pectus sin-
gulos invalere non patitur sed repente colli-
git multitudo et tumultuosa ita confusa
fiet et tumultuatio. Quadre autem iste
sive forme sunt exercitus classis nodus
turma ale corona agmina cuneus que potius
et nomina a bipis velut de genibus transla-
ta sunt mutuatur. Acies dicta quod ferro ar-
mata sit et acumine gladiorum. Exercitus
multitudo ex uno genere ab exercitatione belli
vocata. Cuneus est collecta in unum militum
multitudo unde et quod in unum coit ipsa
coitio in unum cuneus nominatus est quasi
coneus eo quod in unum omnes cogantur.
Classes dicte propter divisionem exercitus que
postea manipuli dicti sunt unde et Virgilius
classibus hic locus est hic acies certare so-
lebant. Iam postea et classica navium dicta.
Nodus proprie est densa peditum multi-
tudo sicut turma equitum. Nodum autem
dictum pro difficultate quod vix possit resolvi.
Ale in exercitu xxx equites esse dicun-
tur. Ale autem equites dicti quod tegunt pedi-
tes alarum vice. Corona vocantur
conventiones exercitus quod in orbem fit.
Agmen dictum cum exercitus iter facit ab a-
gendo vocatum id est eundo. Unde Plautus
quo te agis et ipse est enim exercitus
ambulans. Nam agmen quod in longitudine
directum est quale solet esse cum exercitus
portis procedit. Quando fuit aliud abusi-

De nominibus civium .iii. sive dicitur

De impiis militaribusque vocabulis
expositis deinceps est civi-
um nomina summatim subiungamus.
Cives vocati quod in unum coeuntes vivant
ut vita communis et ornatior fiat et tu-
tior. Domus unius familie habitaculum
est sicut urbs unius populi sicut orbis
domicilium totius generis humani. Est
autem domus familia sive coniunctio
viri et uxoris. Incipit autem a duobus
et est nomen grecum. Nam domata
greca tecta dicunt. Familia est liberi
ex liberis legibus suscepti a femore.
Genus autem a gignendo et progenerando
dictum aut a definitione certorum progena-
torum ut nationes que propriis cogna-
tionibus terminate gentes appellantur. Po-
pulus est humane multitudinis iuris
consensu et concordi communione sociatus.
Populus autem eo distat a plebibus quod
populus universi cives sunt connumeratis se-
nioribus civitatis. Plebs autem reliquum
vulgus sine senioribus. Populus ergo
tota civitas est, plebs autem vulgus est.
Plebs autem dicta a pluralitate. Ma-
ior est enim numerus minorum quam seniorum.
Populus vero tanta moles dicitur id est civita-
tis. Unde et populus deus est greci
autem populus laos dicitur a lapidibus. Vul-
gus est passim inhabitans multitudo
quasi quisque quo vult. Tribus dicuntur
tamquam curie et congregationes distincte
populorum et vocantur tribus ab eo quod in princi-
pio Romani trifarie fuerunt a Romu-
lo dispertiti in senatoribus militibus et
plebibus. Que tamen tribus nunc mul-
tiplicate nomen pristinum retinent.
Senatui nomen etas dedit quod
seniores essent. Alii a sinendo dictos
accipiunt senatores. Ipsi enim agen-
di facultatem dabant. Senatus
consultus a consulendo et tractando est
dictus quod ita fit ut consulat et nocere
non possit. Patres autem ut Salus-

tivus dicitur acumine senectudine vocati
sunt nam sicud patres filios suos ita
illi rem publicam alebant. Patres
autem conscripti quod dum romulus decem
curias senatorum elegisset nomina eo-
rum presente populo in tabulas aureas
conscripsit atque inde patres conscripti vocati.
Primi ordines senatores dicuntur
illustres, secundi expectabiles tercii
clarissimi iam inferius aliquod genus
non est. Et quamvis autem senatoria
quisque origine esset usque ad legitti-
mos annos eques romanus erat
deinde accipiebat honorem senatorie
dignitatis. Censores apud veteres romanos
erat est enim nomen censoris dignitatis
iudicialis censere enim iudicare est
Censores sunt patrimoniorum iu-
dices a censu eris dicti. Iudices dicti
quasi ius dictans populo seu quod
iure disceptet. Iure autem discep-
tare est iuste iudicare non est autem
iudex si non est in eo iusticia. Pre-
sides dicti provincie sunt dicti quod
presunt. Pretores autem qui prepositores
civitatis et principes idem et questores
sunt questores eo quod questionibus
presunt. Consulum enim et causa apud eos
est. Proceres sunt principes civitatis
quasi procedes quod ante omnes honore
precedant. Unde et capita trabium que
eminent ex parietibus proceres dicuntur
eo quod primo procedant. Sunt et proceres
quasi vestibulo quod aliena multitudine pro-
minent. Tribuni dicti quod plebi vel
militibus iura tribuunt. Constituti
sunt autem sexto anno post reges exac-
tos. Dum enim plebs a senatu et consu-

libus premeretur tunc ipsa sibi tribunos quasi
proprios iudices et defensores creavit qui
eorum libertatem tuerentur et adversus adver-
sus iniuria nobilitatis defenderent.
Unde et defensores dicti eo quod ple-
bem sibi commissam contra insolenciam
improborum defendant. At contra nunc
quidam eversores non defensores ex-
istunt. Numerarii vocati sunt quod
nummos erariis inferant. Functi
ab eo quod fungantur officio et honore
aliquo dicti sunt et defunctos mor-
tuos dicimus quod compleverunt vite officia
nec ipsi iam sunt in eis. Municipes
sunt in eodem municipio nati ab officio
munerum dicti quod publica munia accipiunt
munia enim officia sunt. Unde et im-
munes dicuntur qui nullum gerunt of-
ficium. Municipales originales
cives et in loco officium gerentes.
Decuriones dicti quod sint de ordine curie
officium enim curie administrant. Unde
non est decurio qui primum non tribuit
ut curiam participavit. Curiales autem
idem et decuriones et dicti curiales quia
civilia munera procurant et exequuntur.
Principales dicti quod primi sint magistra-
tibus. Principales magistratus et duum-
virales curialium officiorum ordines.
Magistratus vero quod maiores sint reli-
quis officiis. Duumvirales tabellio
vocatus eo quod sit portator tabellarum
idem exceptor idem et scriba publicus
quia ea tantum que gesta publica scribit.
Burgarii a burgis dicti quia plurimi
tres habitacula constituta burgos vulgo
vocant. Unde et burgundionum genti

nomine inscripti quos quondam Sparta
Germania Romani praecesserunt dispo(suerun)t atque
ita nomine colonis supposuerunt Collegiati
dicuntur quod ex eorum collegiis custodiis et
deputantur qui facinus aliquod commiserint
Est enim sordidissimum genus hominum in
eo pro crimine Privati sunt extranei
ab officiis publicis. Est enim nomen ma-
gistratui contrarium, et dicti sunt privati quod
sunt ab officiis curie privati Mercen-
narii sunt qui serviunt per mercede accepta
idem et barones graeco nomine quod sunt
fortes in laboribus barin enim dicitur graece gravis
quod est fortis cui contrarius est levis id est in-
firmus Publicani appellantur conductores
vectigalium fisci vel rerum publicarum sive
qui vectigalia publica exigunt vel qui
per negotia saeculi lucra sectantur unde et cog-
nominati sunt Villicus proprie villae gub-
nator est unde et a villa villicus nomen
accepit Interdum autem villicus non
gubernationem villae sed dispensatorem univer-
sae domus Tullio interpretante significat quod
est universarum possessionum et villarum dispen-
satore Actores idem et curatores ab
agendo et curando vocati Procuratores
vero eo quod vice curatoris fungantur quasi
procuratores sicut proconsul et proconsule
Coloni sunt cultores advenae dicti a cultura
agri Sunt enim aliunde venientes atque
alienum agrum locatum colentes ac
debentes conditionem genitali solo propter
agriculturam sub dominio possessoris pro eo
quod his locatus sit fundus Coloni autem
quattuor modis dicuntur Nam coloni
aut Romani sunt aut coloni aut Latini
aut coloni auxiliares aut coloni rurales

privati Inquilini vocati quasi incolentes alie-
na Non enim habent propriam sedem sed in terra
aliena inhabitant Differt autem inter inqui-
linum et advenam Inquilinus enim est
qui emigrat et non perpetuo permanet
Advenae autem vel incolae adventicii perhi-
bentur sed permanentes et inde incolae quia
iam habitatores sunt ab incolendo Indi-
gena est inde genitus et in eodem
loco ubi habitat natus Incola autem
non indigenam indicat sed advenam
Peregrini dicti eo quod ignorentur eorum
parentes a quibus orti existunt Sunt
enim de longinqua regione Urbani
vocabantur qui Romae habitabant qui
vero in ceteris locis oppidani. Nam sola
urbs Roma cetera oppida Familici sunt
ex propria sua familia orti Vernae
autem vocabantur unde homines quod hi
qui inter bella possint occidi a victo-
ribus conservabantur et servi fiebant a servan-
do servi appellati Ancillae a sus-
tentando vocatae ancon enim graece
cubitus dicitur unde et anconem dicimus
Mancipium est quidquid manu capi
subdique potest ut homo equus ovis Haec
enim animalia statim ut nata sunt
mancipium esse putantur Nam et ea quae
in bestiarum numero sunt tunc videntur ma-
ncipium esse quando capi sive domari coe-
perint Ingenui dicti qui in genere habent
libertatem non in facto sicut liberti unde
et Graeci eos eugenees vocant quod sint
boni generis Libertus autem vocatus quasi
liberatus erat enim prius iugo servitutis
addictus. Libertini autem filii apud an-
tiquos libertini appellabantur qui de libertis

uideri servit aut libertinus aut alibi factus aut possessus. Manumissus dictus quasi manu emissus. Apud veteres enim quotiens manum mittebant alapa percussos circumagebant et liberos confirmabant. Unde et manumissi dicti eo quod manu mitterentur. Dediticii primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enim dicitur quando se victi aut victuri hostes victoribus tradunt, quibus haec origo nominis fuit. Dum quondam adversus populum romanum servi armis sumptis dimicassent, victi se dediderunt, comprehensi varia turpitudine affecti sunt. Ex his quidam postea a dominis manumissi propter suppliciorum notas quae manifeste perpessi sunt, ad dignitatem civium romanorum non pervenerunt. Latini ante romana conditum apud latinos fiebant, non per testamentum sed per epistolam libertatem sumentes. Inde et quia per testamenta non fiebant, nec ex testamento alicuius capere nec suos heredes facere poterant. Cives romani postea sunt qualibet per testamenta in urbe romana effecti sunt. Dicti autem cives romani in quem testamento liberi effecti in numerum romanorum civium rediguntur. Hic primus additus erat in urbe romana quidam. Cives autem liberti postea habebantur nec vel in urbe roma vel intra septimum ab urbe miliarium manerent.

Sequitur de ~~heredibus~~ ·v· Hedibus

Heredes nomine imposito census rei. Plurimi enim vocantur auctoris iusti enim vocabulo prima successio est hereditatis, et quibus ut sunt filii et nepotes. Proheres est qui loco heredis fungitur, quasi pro herede. Est enim aut institutus aut substitutus. Pater est a quo initium nascitur. Pater autem dictus eo quod patratione peracta filium procreat. Patratio enim est rei veneriae consummatio. Lucretius: et Venus humana patrat. Parentes autem dicuntur quasi parientes. Idem et creatores. Crementum enim est semen masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur, inde et parentes dicuntur creatores. Mater dicitur quod exinde efficiatur aliquid. Mater enim quasi materia, nam causa pater est. Paterfamilias autem dictus quia cunctis in familia sua positis servis tanquam pater filiis paterna dilectione consulit, servorumque conditionem a filiis non discernit, sed quasi unum membrum amplectitur. Hinc enim exortum est nomen patrisfamilias. Nam qui eum iniquo dominantur imperio, his se nomine nequaquam reputent appellari patresfamilias. Materfamilias inde vocata quia per quandam iuris sollemnitatem in familiam transit mariti. Tabulae enim matrimoniales instrumenta emptionis suae sunt. Alias sicut matrona est mater primi pueri, id est quae iam nata est, ita materfamilias illa quae plures enixa est. Nam familia ex duobus incipit. Avus patris pater est ab avo dictus, id est ab antiquitate. Proavus avi pater est, iam longe a vocabulo. Atavus proavi pater et attavi pater. Tritavus attavi pater, quasi tetravus, id est quartus super avum. Hic ultimum cognationis nomen. Familia enim oritur a patre. In primis filius et filia a familia dicti sunt; ipsi enim primi in ordine nascentium existunt. Unde et Cornelia familia, quorum ipsi omnes a Cornelio orta. Familia autem a femore; femur enim

genus et stirpe ducitur nam familia
plurimus abusive non proprie dicitur Stirps ex
longa generis successione vocatur Gnatus
dictus quia gnatus unde et p.g. scribitur
Proles eo quod porrectio sit prolis
quadrigemini autem est ordo filiorum ita
unigenitus primogenitus medius novis-
simus Primogenitus ante quem nullus
unigenitus post quem nullus medius inter
omnes novissimus post omnes idem et
minimus a monade novissimus autem pro
quod novus sit ceteris precedentibus antiquioribus
existit Quatuor etiam modis filii
appellantur natura imitatione adoptione
doctrina Natura velut cum dicuntur
filii abrahe iudei Imitatione velut
cum dicuntur filii abrahe fidem imita-
tes ex gentibus dicente evangelio Po-
tens est deus de lapidibus istis susci-
tare filios abrahe vel sicud eosdem
iudeos dominus filios esse dicat dyaboli
a quo non nati sed quem secuti sunt imita-
ti Adoptione quoque quod humana consuetu-
dine nulli licet nescire sicud nos deo
non natura sed adoptione dicimus pa-
ter qui es in celis Doctrina sicud
apostolus filios suos appellat eos quibus
evangelium predicavit Filii autem ideo in
legibus liberi appellantur ut isto vocabulo
secernantur a servis quia sicud servus in pote-
state est domini sic filius in potestate est patris
inde etiam filio fit emancipacio ut sit
liber a patre sicut fit servo manumisso
ut sit liberatus a domino Item liberi dicti
quod ex libero sint matrimonio exorti nam
filii ex libero et ancilla servilis condicio-
nis sunt Semper enim qui nascitur deteriorem

partis statum sumit Naturales autem
dicuntur ingenuarum concubinarum filii quos
sola natura genuit non honestas con-
iugii idem et puri appellantur Adoptivus
filius est qui aut patre iusto a domino
vel pavo cuius potestate per emancipacionem
est traditus in alienam potestatem qui
utriusque fert nomen ut fabius emilius
vel scipio paulus Gemini dicti non duo
tantum sunt nati sed etiam plures dege-
neris aut uno abortivo alter qui
legittime natus fuit nequisset nomi-
natur Postumus vocatur eo quod post
humacionem patris nascatur id est post obitum
iste et defuncti nomen accepit sic
enim lex voluit ut qui de functo nas-
citur defuncti nomine appellaretur No-
thus dicitur qui de patre nobili et de matre
ignobili gignitur sicut ex concubina
Est autem hoc nomen grecum et in latino
deficit Huic contrarius est spurius qui
de matre nobili et patre ignobili nas-
citur Item spurius patre incerto matre
vidua genitus velud tamen spurii fi-
lius quod muliebrem naturam veteres
spurium vocabant velut aπo tης
σπoρ hoc est seminis non patris nomine
Eosdem et sanionis appellabant quod con-
tumelia senonio fluxu haustu gignere
existimantur Unde et filii qui non sunt
de legittimo matrimonio matrem potius
quam patrem sequuntur Latine autem
spurii quasi extra puritatem id est quasi
inmundi Nepos est qui ex filio
natus est Dictus autem nepos quasi
quasi natus post primum enim filius
nascitur deinde nepos Gradus enim

sobrinorum est tamen et posteritas qui postea erunt nepos aut utriusque sexus est nam ut neptis dicamus in iure est propter successionis distinctionem admissum. Pronepos est qui ex nepote conceptus natus est et dicitur pronepos qui natus porro patris. Et si quidem supra vocantur et progenies qui porro patris geniti nam filii et nepotes non sunt progenies quia non est in eis longa posteritas sicud aut ipsius lege editi progenies dicuntur ita superius proavi attavi qui et progenitores appellantur qui porro generantes. Pronepos dicitur preter nepotem. Abnepos qui se iungit pronepoti est enim inter illum et nepote pronepos. Adnepos abnepotis filius. Trinepos est adnepotis filius quia post nepotem quintus in ordine est quasi tetranepos. Minores autem iam non dicimus nisi quorum gradum desit nomine ut pater filius nepos pronepos abnepos adnepos trinepos ubi isti gradus deficiunt minto iam dicamus minores sicud et patris patris avi proavi abavi attavi tritavi quia vocabula maiores

De affinitatibus

Auctor mei generis	meus pater est	ego illi filius aut filia
Patris mei pater	meus avus est	ego illi nepos aut neptis
Patris mei avus	meus proavus est	ego illi pronepos aut proneptis
Patris mei proavus	meus abavus est	ego illi abnepos aut abneptis
Patris mei abavus	meus atavus est	ego illi adnepos aut adneptis
Patris mei atavus	meus tritavus est	ego illi trinepos aut trineptis
Sequitur	**De**	**patruis**
Patris mei frater	meus patruus est	ego illi fratris filius aut filia
Patrui mei pater	meus patruus magnus est	ego illi filii fratris filius aut filia
Patrui mei avus	meus propatruus est	ego illi filii filie nepos aut neptis
Patrui mei proavus	meus abpatruus est	ego illi neptis filius aut filia
Sequitur	**De**	**amitis**
Patris mei soror	mea amita est	ego illi fratris filius aut filia
Amite mee pater	mea amita magna est	ego illi filie fratris filius aut filia
Amite mee avus	mea proamita est	ego illi neptis filius aut filia
Amite mee proavia	mea abamita est	ego illi neptis nepos aut neptis
Sequitur	**De**	**avunculis**
Matris mee frater	meus avunculus est	ego illi sororis filius aut filia
Avunculi mei pater	meus avunculus magnus est	ego illi filii sororis filius aut filia
Avunculi mei avus	meus proavunculus est	ego illi filii nepos aut neptis
Avunculi mei proavus	meus abavunculus est	ego illi neptis filius aut filia
De	**materteris**	
Matris mee soror	mea matertera est	ego illi sororis filius aut filia
Matertere mee mater	mea matertera magna est	ego illi sororis nepos aut neptis
Avie mee soror	mea promatertera est	ego illi sororis pronepos aut proneptis
Proavie mee soror	mea abmatertera est	ego illi neptis filius aut filia

					vii. Tritaui pater- ul mr	vii. Tritaue pater- ul mr						
				vii. Tpatru- us tri- auita	vi. Tritaui	vi. Ttaua	vii. Tritaun- clus t- mrtera					
			vii. Adpatrui adauite filij	vi. Adptus adaui- ta	v. Attaui	v. Atta- ua	vi. Attaun- clus atta- mrtera	vii. Attaun- cli atta- mrte fili(us) filia				
		vii. Abpatri abauun- te nepo- tes	vi. Abpatri abauite filij	v. Abpat- us ab- auita	iiii. Abauus	iiii. Abaua	v. Abaun- clus ab- mrtera	vi. Abauncli abmrte fili(us) filia	vii. Abaunc- cli abmr- te nepos neptis			
	vii. patrui pamite pnepo- tes	vi. patrui pamite nepo- tes	v. patrui pamite filij	iiii. ppatruus paua	iii. pauus	iii. paua	iiii. pauun- clus p- mrtera	v. pauncli pmrte fili(us) filia	vi. pauncli pmrte nepos neptis	vii. pauncli pmrte pnepos pneptis		
vi. patrui amitini abnepo- tes	vi. patrui amitini pnepo- tes	v. patrui amitini neptes	iiii. patrui amitini filij	iii. patruus Amita		ii. Auus	ii. Aua	iii. Auunclus mrtera	iiii. Auuncli mrtere fili(us) filia	v. Auuncli mrtere nepos neptis	vi. Auuncli mrtere pnepos pneptis	
vi. Fris abnepos	v. Fris pnepos	iiii. Fris nepo- tes	iii. Fris filij	ii. Frater	i. pater	i. mater	ii. soror	iii. sororis fili(us) filia	iiii. sororis nepos neptis	v. sororis pnepos pneptis	vi. sororis abnepos abneptis	vii. sororis adnepos adneptis
					i. filius	i. filia						
					ii. nepos	ii. neptis						
					iii. pnepos	iii. pneptis						
					iiii. Abnepos	iiii. Abneptis						
					v. Adnepos	v. Adneptis						
					vi. Trinepos	vi. Trineptis						
					vii. Trineptis fili(us) filia	vii. Trineptis fili(us) filia						

De agnatis et cognatis · vi ·

Agnati dicti eo quod accedant
pro natis dum desunt filii qui
ideo prius gente agnoscuntur quia
veniunt prius per virilis sexus personas velu-
ti frater eodem patre natus vel fratris
filius neposve ex eo item patruus
Cognati dicti quia sunt et ipsi propinquitate
cognationis coniuncti qui ideo post ag-
natos habentur quia per feminini sexus personas
veniunt nec sunt agnati sed alias naturali
iure cognati Proximus autem propter
proximitatem sanguinis appellatus Con-
sanguinei eo quod inter se uno sanguine id est
ex uno patris semine nati sunt Nam
semen viri spuma est sanguinis ad
instar aque in scopulos collise
que spumam candidam facit vel sicut
vinum nigrum quod in calice agitatum
spumam albentem reddit Fratres dicti
eo quod sint eiusdem fructus id est eiusdem
seminis nati Germani vero de eadem
genitrice manantes non ut multi
dicunt de eodem germine qui tantum fratres
vocantur Ergo ex eodem fructu germa-
ni ex eadem genitrice manantes
Uterini vocati quod sint ex diversis
patribus et in uno utero editi nam uterus
tantum mulieris est Quatuor autem
modis in scripturis divinis dicuntur fratres
natura gente cognatione affectu
Natura ut Esau et Iacob Andreas
et Petrus Iacobus et Iohannes Gente
ut omnes Iudei fratres inter se vocantur
ut est in Deuteronomio Si autem emeris
fratrem tuum qui est Hebreus Et apostolus
optabam inquit ego anathema esse
a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati
mei secundum carnem qui sunt Israelite Por-
ro cognatione fratres vocantur qui sunt de
una familia id est patria quas Latini pa-
ternitates interpretantur cum ex una radice
multa generis turba diffunditur ut in
Genesi dixit Abraham ad Loth Non
sit rixa inter me et te et pastores
tuos et pastores meos quia omnes nos
fratres sumus Et certe Loth non erat Abra-
he frater sed filius eius Aram Quarto
modo affectu fratres dicuntur qui in duo scin-
duntur spiritale et commune Spiritale quo
omnes christiani fratres vocamur ut est
Quam bonum et quam iocundum habitare fratres
in unum Commune quo et omnes homines
ex uno patre nati pari inter nos ger-
manitate coniungimur scriptura loquente
Dicite his qui oderunt vos fratres
nostri vos estis Germana ita intel-
ligitur ut germanus eadem genitrice
manans Soror ut frater Soror autem
est ex eodem semine dicta quod sola
cum fratribus a sorte agnationis habe-
atur Fratrum filii patrueles
dicti eo quod patres eorum germani fratres
inter se fuerint Consobrini vero voca-
ti qui aut ex sorore et fratre aut ex
duabus sororibus sunt nati quasi con-
sororini Fratrueles autem ma-
tris filii sunt Consobrini consobrinorum
filii Patruus frater patris est quasi
alius pater Unde et moriente patre

pupillum prius patruus suscepit et quasi filium lege tuetur. Avunculus est matris frater cuius nomen formam diminutivi habere videtur quia ab avo venire monstratur. Amita est soror patris quasi alia mater. Matertera est soror matris quasi mater altera. Socer est qui filiam dedit. Gener est qui filiam duxit. Gener autem dictus quod asciscatur ad augendum genus. Socer autem et socrus quod generum vel nurum associant. Vitricus est qui uxorem ex alio viro filium vel filiam habentem duxit et dictus est vitricus quasi novitius quod a matre superducatur novus. Privignus est qui ex alio patre natus est. Et privignus dictus putatur quasi privigenus quia prius genitus. Unde et vulgo antenatus. Vocabula hec agnationum vide declinata. Genitor genitrix agnati agnate cognati cognate progenitores progenitrices germani germane.

Sequitur de coniugiis. VII.

Vir sexum significat non coniugium nisi adiectione ut vir eius. Maritus vero etiam sine adiectione coniugem sonat et autem maritus quasi mas. Est enim nomen prime positionis quod facit in diminutione masculus in derivatione maritus. Sponsus a spondendo vocatus. Nam ante usum tabellarum matrimonii cautiones sibi invicem emittebant in quibus spondebant se invicem consentire in iura matrimonii et fideiussores dabant. Unde admissum est ut sponsi dicamus virum a spondendo et sponsam similiter. Ceterum quod spondet velle est. Ergo sponsus non quod promittitur sed quod spondet et sponsores dat. Arrabo dictus quasi arra bona. Quod enim datur pro coniugio bene datur quia vero causa fornicationis aut adulterii malum est ideo arrabo non est. Dicta autem arra a re pro qua traditur. Est autem arra non solum sponsio coniugalis sed etiam pro qualibet promissa re data ut compleatur. Proci impudicarum petitores a procando dicti. Pronuba dicta eo quod nubentibus preest queque nubentem viro coniungit. Ipsa est et paranympha. Nam nympha sponsa id est nupta et nympha a planationis officio quod et ad nomen mulieris alluditur. Coniuges appellati propter iugum quod imponitur matrimonio coniugendis. Iugo enim nubentes subici solet propter futuram concordiam ne separentur. Coniuges enim verius appellantur a prima desponsationis fide quamvis inter eos adhuc ignoretur coniugalis concubitus sicut Maria Ioseph coniux vocatur inter quos nec fuerat nec futura erat carnis ulla commixtio. Nupte dicte quod vultus suos velent. Translatum nomen a nubibus quibus tegitur celum. Unde et nuptie dicuntur quod ibi primum capita nubentium velantur. Obnubere enim cooperire est. Cuius contraria innuba hoc est innupta que adhuc vultum suum non velat. Uxores vocate quasi unxores. Mos enim erat antiquitus ut nubentes puelle simul venirent ad limen mariti et postes antequam ingrederentur

ornarent laneis vittis et oleo unguerent et inde uxores dicte quasi unxiores. Que ideo velabantur flammea talaric quod ille ianue et tecat et separaret. Matrona est que iam nupsit et dicta matrona quasi mater nati vel que iam mater fieri potest unde et matrimonium est dictum. Distinguitur autem inter matronam et matrem et matrem familias. Nam matrone que iam in matrimonium convenit, matres que genuerunt, matres familias quia per quandam iuris solempnitatem in familiam mariti transierunt. Monogamus dictus quia unius tantum nupsit. Monos enim apud grecos unum dicitur, gamos nuptie interpretantur. Digamus autem et trigamus a numero uxorum vocatus quasi duarum vel trium maritus. Vidua vocata quod cum viro diu fuit non tamen concubitum alterius viri post mortem coniugis primi adhesit. Nam que alteri post mortem prioris viri nupserit vidua non dicitur. Item vidua dicta quod sola sit non tamen concubitum viri coniugalia iura custodiat. Fratris uxor fratrissa vocatur. Mariti frater levir dicitur. Duorum inter se fratrum uxores ianitrices vocantur quasi eandem ianuam terentes vel per eandem ianuam iter habentes. Quam priores galos appellant. Sororis viri speciale nomen non legitur nec uxoris frater. Matrimonium est nubilium iusta conventio et conditio. Coniugium est legitimarum personarum inter se coeundi et copulandi nuptie. Coniugium dictum quasi coniunctio vel a iugo quo in nuptiis copulantur ne resolvi aut separari possint. Conubium autem nomen a nuptiis secundum similitudinem formatum. Dicitur autem conubium cum equales in nuptiis coeunt ut puta cives romani pari utique dignitate. Conubium autem non est cum cives romanus cum latina iungitur. Quotiens autem conubium non est filius patrem non sequitur. Iunices dicuntur a quodam iunice qui primus post hoc usus est in nuptiis ut cristotoymenot que membrana est virginitatis claustrum. Contubernium est ad tempus coeundi conventio unde et thabernaculum quod modo huc modo illuc perfigitur. Repudium est quod sub testimonio testium vel presentia vel absenti mittitur. Divortium est quotiens dissoluto matrimonio alter eorum alteras nuptias sequitur. Divortium autem dictum a flexu viarum hoc est vias in adversa tendentes. Frivolum est cum eo animo separantur ut rursum ad se invicem revertantur. Nam frivolus est veluti quasse mentes et affluxe non stabiles. Sic autem frivola vocabantur fictilia vasa inutilia. Tribus autem causis dicitur uxor. Prima causa est prolis de qua legitur in genesi et benedixit eis dicens Crescite et multiplicamini. Secunda causa adiutorii de qua item in genesi dicitur non est bonum esse hominem solum faciamus ei adiutorium simile. Tertia causa incontinentie unde dicit apostolus ut qui se non continet nubat. In eligendo marito quattuor expectari solent virtus genus pulchritudo sapientia. Ex hiis sapientia potentior est ad amoris affectum. Refert enim maro virgilius de enea quod hiis dydo impulsa est

in amorem eius pulchritudinem propter
arte seu virtute quod forti pectore et armis
Didone heu qualis ille iactatus fatis
que bella exhaustus canebat Cre-
do equidem nec vana fides genus
esse deorum. Item in eligendam uxorem
quattuor res impellunt hominem ad amo-
rem pulchritudo genus divitie mo-
res. Melius tamen si in ea mores quam
pulchritudo queratur. Nunc autem ille que-
runtur quas aut divitie aut forma
non quas probitas morum commendat. Ideo
autem femine sub viri potestate consistunt quia
levitate animi plerumque decipiuntur. Unde
et equum erat eas viri auctoritate
reprimi. Inde et veteres voluerunt fe-
minas innuptas quamvis perfecte etatis
essent propter animi levitatem in tu-
tela consistere.

Explicit liber nonus

Incipit liber decimus. Origo quorundam nominum id est unde veniant que non pene omnibus patet. Proinde quedam noscendi gratia huic operi inicimus primum de quibusdam vocabulis nominum per denominacionem

Licet origo nominum unde ve-
niat a philosophis eam teneat
rationem ut per denominationem
homo ab humanitate sa-
piens a sapientia nominetur quia prius sa-
pientia deinde sapiens tamen claret et
alia specialis in origine quorundam
nominum causa sicud homo ab humo
unde proprie appellatur. Ex quibus ex-
empli gratia quedam in hoc opere posu-
imus. Heros vir fortis et sapiens

auctor ab augendo dictus. Auctoritatem
autem feminini generis dici non posse nam
quedam sunt que in feminino flecti non patiuntur
ut orator. Alumnus ab alendo vocatus
licet et qui alit et qui alitur alumnus
dici potest id est et qui nutrit et qui nutri-
tur sed melius tamen qui nutritur. Amicus
per derivationem quasi animi custos dictus. At
proprie amator turpitudinis est quem amore
torquet libidinis. Amicus ab hamo
id est cathena caritatis unde et hami quod
teneant. Amabilis quod sit amore dig-
nus. Amasius vero eo quod sit pronus
ad amorem. Astutus ab astu vocatus
quod est callidi et cauti hominis quod
possit sine periculo fortiter aliquid facere.
Argutus quod argumentum cito inveniat
loquendo. Alter in una quaque forma
negetur ac nimis. Alacer velocita-
te et cursu quasi dicitur aliger. Ala-
cris quod arma gerat. Alacris letus
alacer gestiens et intimus vi nomi-
tate turbatur. Agilis ab agendo aliquid
celeriter sicud vocalis. Emulus eiusdem
rei studiosus quasi imitator et ama-
bilis alias inimicus in bonum. Equus
est secundum naturam iustus dictus ab e-
qualitate. Hic est equus quod sit equalis
unde et equitas appellata ab equi-
tate quadam scilicet. Equevus quod
sit alteri equalis evo id est coetaneus.
Abrogans eo quod minus roget et ille
fastidiosus sit. Audax proprie per ar-
rogantiam ponitur. Animosus quod sit ani-
mis et viribus plenus. Animatus
quasi animo auctus vel quod animo firmatus.

Elatus pro eo q(uod) se ipsu(m) sup(er) mensura(m)
sua eleuet dei magnus & videtur
de hiis que agit Attolles q(uod) se eleuet
et erigat Ambiciosus q(uod) honores ambiat
Auidus deus ab auendo aue enim est
cupere sunt et auarus naz q(uod) e(st) auariu(m)
ce pergradi ulterius q(uo)d sufficiat Auarus
exced deus q(uod) sit auidus auri et nu(m)-
quam opibus expleatur et quantum plus
fuerit tam plus cupiat facti sup(er)
hic concordate sua qui ait Semp(er)
auarus eget et salustius q(uod) auari-
cia neq(ue) copia neq(ue) in opia minuitur
Amarus a sapore gustatu sz nome(n)
e(st) enim in suauis n(on) homi(n)i quecu(n)q(ue)
ad consortiu(m) sui aliqua in vitate dul-
cedine Adulter violator maritalis
pudoris eo q(uod) alterius thoru(m) polluat
Anceps sunt et illud fluctuans ac du-
bius istud an illud capiat et in qua
parte declinet anxius Atrox q(uod) sit
tetris moribus Abstemius a temeto i(d est)
vino q(ui) abstinet a vino Ablactat(us)
q(uod) sit a lacte ablatus Eger q(uod) agat
infirmitate ut egricia ad opus Eg(ro)-
tus q(uod) sit eger frequentius sicud ira-
tus ut iracundus Eruptuosus aru-
mine deus q(uod) principia(m) ... ...
efficiat et faciat Auspex eo q(uod) auiu(m)
auspicia intendat sicud auceps quod .b.
aues capiat Astrosus ab astro dec(tus)
et decorem praestent et cerebrum adversum
frigus muniant atque a sole defendant.
Pilos autem dictos a pelle de qua prodeunt
sicut et pilum a pila ubi pigmenta
contunduntur. Caesaries a caedendo vocata
ideoque tantum virorum est, viris enim tonsura
decet, mulieribus non decet. Coma est proprie
non tonsi capilli et est Graecus sermo na(m)
comas Graeci crines a secando nominant,
unde et cirin tondere dicunt, unde
et cirri vocati quod cura idem Graeci mallo-
ne vocant. Crines proprie mulierum sunt,
dicti autem eo quod intus discriminentur, unde et
discriminalia dicuntur quibus divisi re-
ligantur. Tempora sunt quae calvariae dextra
laevaque subiacent quod ideo sit nuncupatum (?)
quia moventur utraque mobilitate quae per ipsa
quibusdam intervallis mutantur. Facies
dicta ab effigie; ibi est enim tota figura
hominis et uniuscuiusque personae cognitio.
Vultus autem dictus eo quod per eum animi
voluntas ostenditur. Secundum voluntatem enim in
varios motus mutatur, unde et dif-
ferunt sibi utraque; nam facies naturaliter
simpliciter de uniuscuiusque naturali aspectu
vultus autem animorum qualitatem significat.

Frons ab oculorum foraminibus nominata est
et ymago quedam cum mentis motu spe-
cula exprimunt dum vel leta vel tristis est
Oculi vocati sive quod eos aliorum tegmi-
na occultant ne quis incidentibus iniuria
offensione ledatur sive quod occultum luminis
habent id est secretum vel intus positum. Hii inter
omnes sensus viciniores anime existunt. In
oculis enim omne indicium mentis est
unde et animi perturbatio vel hilaritas
in oculis apparet. Oculi autem idem et lumina
quod ex eis lumen manet vel quod de ex-
terio sui clausam teneat lucem aut ex-
trinsecus acceptam visum proferendo refun-
datur. Pupilla est medium punctum o-
culi in quo vis videndi ubi quia parve ya-
gines a nobis videntur propterea pupille
appellantur nam parvuli pupilli dicuntur
Hanc plerique pupulam vocant vocatur autem
pupula quia sit pura atque impolluta ut
sunt puelle. Physici dicunt easdem pu-
pillas quas in oculis videmus imbibitiones
aque dum non habere quibus non visus ita
est desperatio. Circulus vero quo a pupilla
alie partes oculi separantur dicta [illegible]
corona dicitur quia rotunditate sui ornet am-
bitum pupille. Palpebre sunt sinus oculo-
rum a palpitatione dicte quia semper moventur
concurrunt enim in vicem ut assiduo motu
reficiant obtutum. Communite sunt autem val-
lo pilorum ut et apertis oculis si quid inci-
derit repellatur et sompno conniventibus tecti
velut quiescant latentes. Extremitate
autem palpebrarum loca quibus se utrique
clause coniungunt extant admoti or-
dine spatio cilii tutelam oculis minis-
trantes ne irruentes sordes faciant in iniurias
excipiat et ex eo noscatur ut pulveris
vel cuiuslibet transfusionis materie arceat
contactum. Alii ipsum quod acumen gaudendo
mitificet quod tenuitate quod sensum faciat
visum leniat quandam alacritatem inter-
pretatur dentes. Alii existimant ideo quod
quasi ... vocant cilia sunt tegmina
quibus operiuntur oculi et dicta cilia quod
celet oculos tegatque tuta custodia.
Supercilia dicta quod super posita sunt ciliis
que ideo pilis vestita sunt ut oculis
munimenta pretendant et sudorem a capite
defluentem depellant. Cilium vero est
medium illud inter supercilia quod sine pi-
lis est. Gene inferiores sunt partes oculorum
unde barba incipiat nam grece genos
barba sunt et gene quod inde incipi-
at gigni barbe. Male sunt eminen-
tes sub oculis partes ad protectionem eorum
supposite vocate male sive quod insu-
per oculos prominet in rotunditate quam greci
melan appellant sive quod sint supra
maxillas. Maxille per diminutionem
a malis sicut paxillus a palo tax-
illus a talo. Mandibule sunt maxil-
larum partes ex quo et nomen sumpsit. Bar-
bam veteres vocaverunt quod virorum sit non
mulierum. Auribus inditum nomen a vocis
hauriendis unde et Virgilius vocemque his
auribus hausi vel quod vocem ipsam greca
audem vocant ab auditu per
immutationem enim aures quasi audes
nuncupate sunt. Vox enim repercussa per
anfractus earum sonum facit quo sensum
excipiat audiendi. Pinnula summa
pars auris ab acumine dicta pinnum enim

antiqui aritu dicebant unde et bipennis
et penna construes ideo nominantur quod
per eas ut odor ut spiritus manare non
desinit sive quod nos odore admonent
ut noscamus aliquid aut sciamus unde e contrario
inscii ac rudes ignari dicuntur. Os
fecisse eum fasse veteres dicebant ten-
tius at non totis pro mensibus prius
alfecasse quoniam ille coquum cepit va
rium vero pro ipse quod equalitas sit in lon
gitudine et in rotunditate sit porrecta
columpna vocatur. Extremitas eius piru
la assimilata pomi piri. Hinc vo
datur lenacem sit penule abulans
plenitudine medium autem inter fimum.
Os dictum quod per ipsum quasi per ostium et
cibos intus mittimus et sputum foras
proicimus ut quod inde ingrediuntur cibi
et inde egrediuntur sermones. Labia a la
bendo vocata quod dum supinis e la
bia dicimus quod inferius est eo quod grossius
sit labrum. Alii virorum labra mulierum
labia dicunt. Lingue a ligendo cibo
putat Varro nomen impositum. Alii quod
particulatos sonos in illud liget sicut
enim plectrum cordis ita lingua illidit
dentibus et vocalem efficit sonum. Dentes
greca odontes vocant et inde in latinum
derivatum nomen videtur. Horum primi prascides
dicuntur quod omne quod accipitur ipsi primus
incidunt. sequentes canini vocantur quorum
duo in dextra maxilla et duo in sinis-
tra et dicti canini quod ad similitudinem ca-
ninorum existunt et canes ex ipsis ossa
frangunt sicut et hi ut quod non possunt pre-
cidere priores ipsis tradant ut confringant

hos usque plongitudine et rotunditate
columellos vocant. Ultimi sunt molares
qui confracta atque a prioribus confracta subigunt
et molunt atque in massant unde et mo-
lares vocati sunt. Dentium autem numerus dis-
cernit sexus nam in viris plures
in feminis pauciores existunt. Gingive
a gignendis dentibus nominate sunt sed hec sunt
autem iam ad decorem dentium ne nudi
horreant potius quam ornamento existerent.
Palatum nostrum sub celo est posuit et in
palatu Apollo predicationes suas et greci si-
militer palatii uranon appellant eo
quod pro sui concavitate celi similitudinem ha-
beat. Fauces a fundendis vocibus nominate
vel quod per eas fundimus voces. Arterie vocate
sive quod per eas aer spiritus a pulmone ad cor
feratur sive quod arctis et angustis meati-
bus spiritum vitalem contineat unde et voces
sonos emittunt quod si in uno modo sona-
rent lingue motus distinctas voces
efficit. Toles gallica lingua dicuntur
quos vulgo per diminutionem tursillos vocant
qui in faucibus turgescere solent. Inter
dictum quod inde maxille dicantur vel
quod cibi ingerantur. Gurgulio a gutture
nomen traxit cuius meatus ad os et na-
res pertingit habens viam qua vox ad
linguam transmittitur ut possit verba
collidere unde et garrire dicimus. Huic
est proximum gurgulio id est quo cibus et po-
tus devoratur hinc respice cibum in-
notat at in madunt rumina di-
cuntur. Sublinguium operculum gurguli-
onis quod supra lingua que foramen

lingue recludit corporisque. Collum dictum quod
sit rigidum et rotundum ut columna su-
stollens caput et sustentans quasi capitolium.
Cuius anterior pars gula vocatur, posterior
cervix. Cervix autem vocata quod per eam par-
tem cerebrum ad medullam spine dirigatur
quasi cerebri via. Veteres autem pluraliter
tantum cervices dicebant. Primus
Hortensius cervicem singulariter posuit. Cervix
autem singulariter membrum ipsum significat,
nam pluraliter contumaciam sepe demonstrat
in Verrinis: Pretoris tu cervices sub-
iecisti. Humeri dicti quasi armi ad
distinctionem hominis aptitudinibus mutis
ut homines humeros, ille armos habere di-
cantur; nam proprie armi quadrupedum sunt.
Ala sunt humeri pars posterior. Brachi-
a a fortitudine nominata; barin enim Gre-
ce grave et forte significat. In brachiis enim
thori lacertorum sunt et in figura musculorum
robur existit. In hiis sunt thori et muscu-
li, et dicti thori quod illic viscera torta
videantur. Cubitum dictum quod ad cibos su-
mendos in ipso accumbimus. Ulna secundum quos-
dam utriusque manus extensio est, secundum ali-
os cubitus, quod magis verum est, quia Grece
olenos cubitus dicitur. Ale sub brachiis sunt ap-
pellate eo quod exeat in modum alarum
motus brachiorum inficit; quas quidam as-
cellas vocant quod ex hiis brachia cillantur
id est moventur. Unde et oscilla dicuntur aliqua quia
cillantur, id est moveantur ora; nam
cille est movere. Has quidam subhircos
vocant quod in plerisque hominibus hirco-
rum fetorem reddunt. Manus dicta quod
sit munus corporis totius; ipsa enim cibum

ministrat. Ipsa operatur omnia atque dispen-
sat; per eam accipimus et damus. Abusive
tamen manus etiam ars et artifex un-
de manus pretium dicimus. Dextera vocatur
a dando; ipsa enim pignus pacis datur,
ipsa fidei testis atque salutis adhi-
betur; et hoc est illud apud Tullium: fidem
publicam iussu senatus dedi, id est dex-
teram. Unde et apostolus: dextras dederunt mihi
et Barnabe societatis. Leva quod aptior
sit ad levandum. Sinistra autem vocata
quasi sine dextra, vel quod rem fieri sinat. A si-
nendo enim sinistra est vocata. Palma
est manus expansis digitis, sicut contrac-
tis pugnus. Pugnus autem a pugillo
dictus, sicut palma a pansis palme
ramis. Digiti nuncupati vel quia de-
cem, vel quia decenter iuncti existunt. Nam
habent in se et numerum perfectum et ordinem
decentissimum. Primus pollex vocatus
eo quod inter ceteros polleat virtute et
potestate. Secundus index et salutaris
seu demonstratorius, quia fere eo saluta-
mus aliquid demonstramus. Tertius impudicus
quod plerumque per eum probri insectatio ex-
primitur. Quartus anularis eo quod in ipso
anulus geritur. Idem et medicinalis quod
eo trita collyria a medicis colliguntur.
Quintus auricularis quod eo aurem scal-
pimus. Ungulas ex quarto vocamus; illi
enim has onicen dicunt. Truncus
media pars corporis a collo usque ad
inguinem. De quo Virgilius: caput a collo re-
scitur, truncus sine nomine, coxis et ge-
nibus truncis. Thorax autem
anterior pars a trunco a collo usque ad

stomachum quem nos dicimus arcam eo
quod ibi arcanum i. secretum sit quod ceteri
nascere arcet unde et arca dicitur qui
res secreta tum eminentes pulpe ma-
mille inter quas per illa asscensa pectus
dicitur. scuta quasi toste Pectus autem
vocatum quod sit pexum inter eminen-
tes mamillas partes unde et pecten dicitur
quod pexos faciat capillos. Mamille
vocate quod rotunde sint quasi male per di-
minucionem scilicet. Papille capita ma-
marum sunt quas infantes sugentes com-
primunt et dicte papille quod eas in-
fantes cum pappant dum lac sugunt
unde mamilla est omnis eminentia
uberis papilla vel illud ubere unde
lac trahitur. Ubera dicta vel quod lacte
uberta vel quod uvida humore scilicet lac-
tis in more uvarum plena. Lac vim
nominis a colore trahit quod sit albus liquor
leucos enim grece album dicitur cuius natura
ex sanguine mutatur nam post partum si quid
sanguinis nondum fuerit uteri nutrimen-
to consumptum naturali meatu fluit in ma-
mmas et earum virtute albescens lactis
accipit qualitatem. Cutis est que in corpore
est prima appellata quod ipsa corpori sup-
posita maneat prima pateat. Cutis
enim grece ... dicitur. Hec et pellis que
exteriores et interiores corporis tegendo pel-
lat pluvias quod et veteres solebant dicere
... pecorat pellis autem mox detracta
et parata corium dicitur. Corium autem per deriva-
cionem carnis appellatur quod eo tegatur sed hoc
in brutis animalibus proprium. Coria corporis

eodem nomine appellantur quod latine pro spira-
menta dicuntur quod per eos vivifici spiritus intro-
rentur exterius. Arvina est pinguedo cuti
adherens. Pulpa est caro sine pinguedine
dicta quod palpitet. Hanc quidam et viscum
vocant quod glutinosa sit. Membra sunt
corporis partes. Artus quibus colligantur
membra ab artando dicti. Nervi greca
appellatione vel derivatione appellatione
quos illi neura vocant. Alii latine
nervos vocatos putant eo quod artuum
compagines i. vinctis coherent. Maxi-
ma autem virium substantiam nervos facere
constat. Nam quanto fuerint densi-
ores tanto propensius augescere firmita-
tem. Artus dicti quod colligati invicem
nervis artentur i. stringantur quorum
diminutiva sunt articuli. Nam artus dicimus
maiora membra ut brachia; articulos
minora membra ut digitos. Compago
capita sunt ossium dicta eo quod sint compacta
nervis velud glutino quodam coherent.
autem Ossa sunt corporis solidamenta in
his enim positio omnis robur consistit
ossa autem dicta ab usto quod cremabantur ab
antiquis sive ut alii putant ab ore eo
quod ibi pateant. Nam ubique cute vis-
ceribusque obtecta celantur. Medulla appel-
lata quod madefaciat ossa irrigat
enim et confortat. Vertebra sunt summe os-
sium partes nodis conspicuis conglobate
dicte ita eo quod ad inflexionem membro-
rum illa vertantur. Cartilagines ossa mol-
lia et sine medulla quas genus auricule
et narium discrimen et costarum extremitates

sicut sine operula scapulam quod movetur et
dicte cartilagines quod leni alterius caret
dolore dicuntur plectuntur Costas appellari
quidam putant quod ab ipsis interiora custo
diantur et tota mollities ventris valla
ta continetur Latus quod iacentibus nobis lateat
est enim leva corporis pars dextera autem la
teris habilior motibus est leva fortior
et oneri ferendo accomodatior et unum
pectra leva quod aptior sit ad sustinendum a
liquid et portandum ipsa enim gestat clipe
um ensem pharetram et reliqua onera
ut expedita sit dextera ad agendum Dor
sum est a cervice usque ad renes dictum au
tem dorsum quod sit superficies durior corporis
in modum saxi fortis et ad portandum
Terga quod in ea supini iacemus in terra
quod solus homo sit nam muta animalia
tantum in ventre aut a latere iacent unde
et in animalibus terga abusive dicuntur
inter scapulas spatium quod inter scapulas
est unde et nominatum Pale sunt dorsi
dextra levaque eminentia membra dicta
in luctando eas premimus quas greci palas
dicunt Spina est iunctura dorsi dicta
eo quod habeat radiolos acutos tamquam
metebre spondilia appellantur propter
cerebri quod fertur per eas longo tractu
et ad certas corporis partes Sacra
spina est ima pars spine quam greci
hieronostoun vocant quod primum infante
concepto nascatur ideoque ex ea id primum
agentilibus diis suis dabatur unde
et sacra spina dicitur Renes autem voca
ti quod rivi ab his obsceni humoris

nascantur nam et vene et medulle tenuem
liquorem insudant humorem in renibus qui
liquor rursum a renibus calore venereo re
solutus decurrit Lumbi ob libidinis lascivi
am dicti quia in viris causa corporee voluptatis
in ipsis est sicut in umbilico feminis unde
et ad Iob in exordio sermonis Dominus ait
accinge sicut vir lumbos tuos ut in
his esset resistendi paratio in quibus li
bidinis est opportunitas dominandi occasio
Umbilicus est medius locus corporis dictus quod
sit umbo iliorum unde et umbo appel
latur locus in medio clipei a quo pendet
Ex eo enim infans in utero pendet ex eo
etiam nutritur Ilium greco sermone appella
tum quod ibi nos ad nostram inguina in
ilios obvoluit Clunes vocate
quod sint iuxta colum quod est longanon
Nates quod in ipsis innitimur dum
sedemus unde et conglobata est in eis
caro ne premeret corporis mole ossa
dolerent Genitalia corporis partes ut
nomen ipsum docet gignende sobolis
acceperunt vocabulum quod his procreatur
et gignitur Hec et pudenda pro verecundia
sive a pube unde et indumento o
periuntur Dicuntur autem et inhonesta
quia non habent eandem speciem decoris sicut
membra que in promptu locata sunt Idem
et veretrum quia viri est tantum sive quod ex
eo virus emittitur nam virus proprie
dicitur humor fluens a natura viri Testiculi
per diminutionem a testibus dicti quorum numerus in
cipit a duobus Hi calamo semen
ministrant quod a spine medulla et
renibus et lumbis suscipiunt ad generandum

pe[illegible] visceris e pectus i. e. testiculi sunt
Posteriora vero vocata quod retro sunt et aver-
sa causa ne dum alvum purgamus tenera-
remus aspectum contaminatus. Unde appellatus
quod per eum meat id est egeritur stercus. Femo-
ra dicta sunt quod ea parte a sexu viri
discrepet femina. Sunt ab inguinibus usque ad genua.
Femina autem per derivationem partes femorum
sunt quibus in equitando tergis equorum in-
heremus. Unde et preliatores olim sub fe-
minibus equos amisisse dicebantur. Coxe
quasi coniuncte axes in ipsis enim femora
moventur quorum cava vertebra vocatur
quod in eis capita femorum vertuntur. Suffra-
gines quod subtus frangantur id est flectuntur
non supra ut in brachiis. Genua sunt quedam
commissiones femorum et crurum et dicta genua
eo quod in utero sunt genis opposita. Coherent
enim ibi et cognata sunt oculis lacrimarum
indicibus et misericordie. Nam a genis genu-
a dicuntur. Denique complicatum gigni forma-
rique hominem ita ut genua sursum sint
sive quibus oculi formantur ut cavi ac
reconditi fiant. Ut Ennius ait atque ge-
nua comprimit arta gena. Inde est quod
homines dum ad genua se prosternunt la-
crimantur. Voluit enim eos natura uterum
maternum rememorari ubi quasi in tenebris
considebat antequam veniret ad lucem.
Crura dicta quod in ipsis currimus et gressum
facimus. Sunt autem a genibus usque ad suras.
Tibie vocate quasi tube sunt enim et longitu-
dine et specie similes. Talus dicitur a tolo nam
tolus est dictus eminens rotunditas
unde et fastigium templi rotundi tolus
dicitur. Talus autem sub crure est et sub talo cal-
caneum. Pedes ex Greca ethimologia
nomen sortiti sunt. Hos enim Greci podas
dicunt quod alternis motibus solo fixi ince-
dunt. Planta a planitie nuncupata quod
non rotunda ut in quadrupedibus ne stare
non posset homo bipes sed plana atque longi-
ores forte sunt ut stabile corpus efficerent.
Sunt autem plante anteriores partes que
in exiguis ossibus constant. Calx prima
pars plante a callo illi nomen impositum
quo terram calcamus. Hinc et calcaneus.
Solum inferior pedis dicitur quod eo terre
vestigia imprimimus. Sed et solum dicitur omne
quicquid aliud sustinet quasi solidum
unde terra solum quod cuncta sustineat et
solum pedis quod totam corporis molem portat.
Viscera vitalia id est circumfusa cordi loca
quasi viscora eo quod ibi vita id est anima contine-
atur. Item viscera capita nervorum ex
sanguine et nervis copulata sunt. Dicti
sunt nervi quod sit in singulis membris
corporis et cordis loco sunt ut cor in me-
dio totius corporis sit vice appellantur
quod anime primum domicilium sub terra ad
hesperum [illegible] inde [illegible] amnium
pulchritudine. Item etiam thorax quod illic
viscera tecta videantur. Cor a Greca de-
nominatione appellatum quod illi cardian dicunt
sive a cura. In eo enim omnis sollicitu-
do et scientie causa manet.

Cor ideo pulmoni vicinum est ut
cum ira accenditur pulmonis humore tempe-
retur. Huius due arterie sunt e quibus sinistra
plus sanguinem habet dextra plus spiritum
unde et in dextro brachio pulsum inspi-
cimus. Precordia sunt loca cordi vi-
cina quibus sensus percipitur et dicta precordia

eo quod ibi sit principium cordis et cogita-
cionis. Pulsus vocatus quod palpitet cuius
indicio aut infirmitatem intelligimus aut
salutem. Huius duplex est motus: simplex
qui ex uno motu constat; compositus qui
ex pluribus motibus inordinatis et inequa-
libus existit. Qui motus certa sicut spacia
a dactilicum percussum quamdiu sine
vicio sunt. Si qui vero citaciores sunt ut
dorcadizontes vel leniores ut mir-
mizontes, mortis signa sunt. Vene
dicte quod vie sint natantis sanguinis atque
per corpus omne divise quibus universa
membra irrigantur. Sanguis ex greca e-
thimologia nomen duxit quod vegetetur
et sustentetur et vivat. Sanguis autem dum
in corpore est; effusus vero cruor dicitur. Nam
cruor vocatus eo quod effusus decurrit
vel ab eo quod currendo corruat. Alii
cruorem interpretantur sanguinem corruptum
qui emittitur. Alii aiunt sanguinem vocatum
quod suavis sit. Sanguis autem non est in-
teger nisi in iuvenibus. Nam dicunt phisi-
ci post medium sanguinem etate decrescere. In
senibus tremor est. Proprie autem sanguis
anime possessio est; inde genas lacerare
mulieres in luctu solent. Unde et purpuree
vestes et flores purpurei mortuis pre-
bentur. Pulmo ex greco sumpsit vocabu-
lum. Greci enim pulmonem pleumon vocant
eo quod cordis flabellum sit in quo pneuma
id est spiritus inest, per quem et agitetur et mo-
veatur. Unde et pulmones vocati sunt. Nam
grece pneuma spiritus dicitur, qui spirando et ex-
agitando aerem admittit et reddit. Quo
moventur pulmones et palpitant, ada-
periendo se ut flatum capiant et stringendo

ut eiciant. Est enim organum corporis. Iecur
nomen habet eo quod ignis ibi habeat sedem
qui in cerebrum subvolat. Inde ad oculos ceteros-
que sensus et membra diffunditur; et calore suo
ad se sucum ex cibo tractum vertit in sanguinem
quem ad usum nascendi nutriendique singulis
membris prebet. In iecore autem consistit
voluptas et concupiscentia iuxta eos qui
de phisicis disputant. Fibre iecoris
sunt extremitates eius sicud extreme partes
foliorum in intubis sive quasi lingue e-
minentes. Dictas autem fibras quod apud
gentiles in sacris ad phebi aras fere-
bantur ab ariolis quibus oblatis atque
succensis responsa acciperent. Splen
dictus a supplemento ex contraria parte ie-
coris ne vacua existeret; quem quidam
etiam risus causa factum existimant.
Nam splene ridemus, felle irascimur,
corde sapimus, iecore amamus. Quibus
quatuor elementis constantibus integrum est
animal. Fel appellatum quod sit folliculus
gestans humorem qui vocatur bilis. Sto-
machus grece os vocatur eo quod ostium
ventris sit et ipse cibum excipiat atque
ad intestina transmittat. Intestina
dicuntur eo quod corporis interiore parte con-
cluduntur, que ideo longis nexibus circulorum
ordinata sunt ut susceptas escas
paulatim digerant et superadditis cibis
non impediantur. Omentum membrum
quod continet intestinorum maiorem partem
quod epiploon greci vocant. Disseptum
intestinum quod discernit ventrem et ce-
tera intestina a pulmonibus et corde.
Cecum intestinum quod sit sine foramine

et dictum quod gracilior ceterorum dicitur
ieiunium tenue intestinum unde et ieiu-
num dicitur. Venter autem et alvus et uterus
inter se differunt. Venter est qui acceptos
cibos digerit et apparet extrinsecus per-
tingens a pectore ad inguina et dictus venter
quod per totum corpus vite alimenta transmit-
tat. Alvus est qui cibos recipit et pur-
gari solet. Salustius simulans sibi al-
vum purgari. Et vocatus alvus quod ab-
luatur id est purgetur. Ex ipso enim sordes
stercorum defluunt. Uterum sole mulieres
habent in quo concipiunt ad similitudinem
caliculi. Hunc autem auctores vero pro utroque
sexu usurpant plerumque ponunt nec poe-
te tantum sed et ceteri. Dictus autem uterus
quod duplex sit et ab utraque in duas se
dividat partes que in diversum diffuse
ac reflexe circumplicantur in modum cornu
arietis vel quod intus impleatur fetu.
Unde et uterum et alia animantia habent
ilicitus aut porci est ad uterum
circumflexo matrix dicitur quia fetus in ea gene-
ratur. Semen enim receptum confovet
conformat corpus corporatum in membra
distinguit. Vulva vocata quasi valva
id est ianua ventris vel quod semen recipiat
vel quod ex ea fetus procedat. Vesica
dicta quia vas est quod sicud vas aqua
ita de renibus urina collecta completur
et humore distenditur. Cuius usus in volu-
cribus non habetur. Urina autem dicta sive
quod urat seu quod ex renibus egeritur. Cuius
indicio et salus et egritudo futura
monstratur. Quem humorem vulgo lotium dicunt
quod ex eo lota id est munda vestimenta effi-
ciantur. Semen est quod iactum sumitur
aut a terra aut ab utero ad gignendum

vel fructum vel fetum. Est enim liquor ex cibi
et corporis decoctione factus ac diffusus
per venas atque medullas qui inde desu-
datus in modum sentine concrescit in renibus
eiectusque per coitum et in utero mulieris susceptus
calore quodam viscerum et menstrualis
sanguinis inrigatione formatur in corpus. Men-
strua supervacuus mulierum sanguis. Dicta
autem menstrua a circuitu lunaris luminis
quo solet hoc evenire profluvium. Luna
enim grece mene dicitur. Hec et muliebria nuncupan-
tur. Nam mulier solum animal menstruale est.
Cuius cruoris contactu fruges non germi-
nant, acescunt musta, moriuntur herbe,
amittunt arbores fetus, ferrum rubigo
corrumpit, nigrescunt era. Si qui canes
inde ederint in rabiem efferuntur. Glutinum
asphalti quod nec ferro nec aquis dissolvitur
cruore ipso pollutum sponte dispergitur.
Post plurimos autem dies menstruum
ideo non esse semen generabile quia iam
non est menstrualis sanguis a quo perfusum
inrigetur. Tenue semen locis mulie-
bribus non adherere. Labitur enim nec habet
vim adherendi. Similiter et crassum vim non
habet gignendi quia muliebri sanguini se
miscere non potest propter nimiam sui spissitu-
dinem. Hinc et steriles mares vel feminas
fieri vel per nimiam seminis vel sanguinis
crassitudinem vel propter nimiam raritatem.
Primum autem aiunt cor hominis figi
quia in eo sit omnis vita et sapientia.
Deinde quadragesimo die totum corpus
compleri quod ex abortionibus ut ferunt
collectum est. Alii fetus a capite sumere
dicunt exordium. Unde et in avium fetibus

pmi dictos fingi ? omis videm⁹ fetg
dut nomiatg q ad ft ? vto foncat
tu⁹ fede dunt⁊ foliculg q funt cu
? fonte nascit⁊ gtiuz q cu dcus eo
q cu edito sequat⁊ Nasci aut pa
triz sites dut si primi semen
validg fit mriz si mris sitat vec
sites exprimi vultus Qui aut ut
sites expmi vultus reddut ? q̄lit mix
usqz putis vultu reddut ? q̄lit mix-
to prio mrnoqz semie cōcipiut
Aucto paucorz qz sites fi qz sicud
? vtri semia multa scilta fit ? ? nob
semia celant⁊ figuras putu reddita
Ex prio aut semie puellas nasci
? cōmrio pueros q omis ptus
costat duplici semie cu⁹ pte maior
cu ? valuit occupat similitudie sex⁹
Interpte aut quedaz vtilitatis causa
tm facta st ut dusticia qdaz ? vtilitatis
? decoris ut q̄ ? facie ? ? corpore
man⁹ ac pedes quorz mebrorz ?
vtilitas magna e ? spes decetissia
quedaz tm decois ut mamlle ? vir
? vtriqz sexu umbilicus qdaz distitois
ut ? viris genitalia barba plixa
pectg amplu ? mulieribz lenes gen
? angustu pectg ad cōcipiedos aut
? portados fetg renes ? lata dila-
tata Quod ad homiez ? ad ptes
attinet corpis excepte deo e nuc
etates eius pstringam

De gradibz etatis · ii ·

Gradus etatis sex st ? ifatia
pueritia adolescentia iuventus
gravitas atqz senectus Prima etas
infatia e pmi nascetis ? luce que
porrigit⁊ ? septe aunis Secuda etas e
pueritia ? pura ? ut dn adgmadu
apta redens usqz ad qrtu decimu a-
nu Tcia adolescentia ad gignedu
adulta q porrigit⁊ usqz ad vigita
? octo anos Qrta iuvetus etatu
oiu firmissima finies ? quinquage-
simo ano Quita etas senois g-
vitas q e declinato iuvetute ?
senectute ut dum senex⁹ e iam
no iuvetg q senois etas e quz
gra psbiten vocat naz senex ap
grecos no psbit e geron dt q etas
a quiquagesimo ano incipies septua-
gesimo tmiat⁊ Sexta etas senect⁹
q nllo anorz tpe finit⁊ s pt⁹ quq
illas etates qutumqz vite e senec-
tuti deputat⁊ Seniu aut ps e ul-
tima senectutis dta aut q sit tmi⁹
sexte etatis In tbz igit⁊ sex spaciis
phi vita descripserut tmanaz i qbz
mutat⁊ ? currit ? ad mortis tmiu
tedit Pgam⁹ g° bnūt pdcos
gdus etatu etimologias eazz i hō
nue deriuates Infans dt ho
pme etatis dcus aut infas q adh
fari nesciat ? loqui no pt no dum
bn ordiatis dctibz mu⁹ e smois
expssio Puer apuritate vocatg
q purg e ? ut dn lanuginem
florezqz genar⁊ tnus hij st ephebi
? ephebo dta ut dum viri adoles-
tetuli lenes Puer aut illz mois
dr pudicitate ut esaias puer
natus e nobis petate ut octenis
decenis ut e illud Iaz pueile

ingn tenera virginitatem gerebat pro obsequio
et fidei puritate ut dominus ad ieremiam pu
er es tu noli timere dum iam ieiuni-
as longe pueritie excessisset annos Pu-
ella est paruula quasi pupilla unde et pu
pillos non pro conditione sed pro etate puellu-
ramus pupilli autem dicti quasi sine o
culis hoc est parentibus orbi Hij autem vere
pupilli dicuntur quorum parentes ante dies dispes-
sunt quam ab hijs nomina acceperunt
ceteri orbi vocantur Orphani idem quod
et pupilli illud enim grecum nomen est
hoc latinum nam et in psalmo ubi legitur
pupillo tu eris adiutor grecus habet orpha
no Pubes appendenda corporis pre
iuncipata quia ibi locatur primum lanu
ginem induunt quidam autem ex annis
pubertatem existimant id est eum pubem
esse qui xiiij annos expleuit quam-
uis tardissime pubescat Certissime
est autem pubem esse qui et ex habitu cor
poris pubertatem ostendit et generare iam
possit Puerpere sunt que annis primi-
bus pariunt unde et oratius laudatur
primo depse puerpera nata et dicte
puerpere ut quod primo partu grauantur vel
quod primi pueros pariunt Adolescens
dictus eo quod ad gignendum sit adultus
siue crescere et augeri Iuuenis dictus
quod iuuare posse incipit ut in bubus
iuuenci cum a uitulis discesserint
est enim iuuenis in ipso etatis incremento
positus et ad auxilium paratus Nam
iuuare hominis est opus aliquod conferre
sicud autem tricesimus perfecte etatis
annus in hominibus ita in pecudibus ac iu-
mentis tertius robustissimus Senior

tempatus quod maior in eo vis est quam in
femina unde et virtus nomen acce-
pit siue quod vi agit feminam Mulier
vero a mollitie tanquam mollier detra-
cta vel mutata appellata mulier Vir
enim fortitudine et in habilitate corporum
separantur Sed ideo virtus maxima viris
mulieri minor sit patiens viro esset
scilicet ne feminis repugnantibus libido cogeret
viros aliud appetere aut in alium sexum
proruere Dicitur igitur mulier secundum fe-
mineum sexum non secundum corruptionem
integritatis et hoc ex lingua sacre scriptu-
ram enim statim facta de latere viri
sui non dum contacta viro pro mulier
appellata dicente scriptura et formauit
eam in mulierem Virgo a viridiori
etate dicta est sicut virga sicud uitula
alias ab incorruptione quasi virago quod
ignoret femineam passionem Virago
appellata quod virum agit hoc est opera
virilia facit et masculini vigoris est
antiqui enim fortes feminas ita vocabant
virgo autem non recte virago dicitur si non
opera virilia faciat mulier autem si vi-
rilia facit recte virago ut amazona
Que vero nunc femina antiquitus vira
vocabatur sicud a seruo serua sicud a famulo
famula ita a viro vira fecit et virginis
nomen quidam putant Femina vero a par-
tibus femorum dicta ubi sexus species a
viro distinguitur Alij greca ethimolo-
gia feminam abyneca in dicam putant
quod vehementer concupiscat Libidinosi-
ores enim viris feminas esse tam in mu-
lieribus quam in animalibus unde nimius amor

apud antiquos femineos vocabant. Se-
nior est adhuc viridior, in libro vi.
ouidius senior mt iuuenesque senect
Terentius quam vir sum adolescentior
non utique magis adolescens sed minus
ut senior minus senex. ubi comparatiuus
gradus minus significat a positiuo. ergo
senior non satis senex, sicut iunior
quasi iuuene, sicut pauperior inter pau-
perem. Senes autem quidam dicunt pu-
tat a sensus diminutione eo quod iam p[re]
vetustate desipiant. Nam physici
dicunt stultos esse homines frigidioris
sanguinis, prudentes calidi. unde et
senes in quibus iam friget et pueri in
quibus nondum calet minus sapiunt.
Inde est quod conveniunt sibi in parvulo e-
tate et senium. Senes enim per nimiam
etatem delirant, pueri per lasciviam et
infantiam ignorant quid agant. Se-
nex autem tantum masculini generis est, si-
cut anus feminini. Nam anus dicitur sola mu-
lier. Anus autem dicta a multis annis, quasi a-
nosa. Nam si esset nomen com-
muna, dicit terentius senem mulierem, sunt et
vetula quasi vetusta. Sicut autem a sene
senectus, ita ab anu anilitas nomina-
ta est. Canities autem vocata a can-
dore quasi candities. Unde est illud florida
iuventus, lactea canities, pro dicere can-
dida. Senectus autem multa secum et bona
affert et mala. Bona quia nos a potentissi-
mis dominis liberat, voluptatibus imponit
modum, libidinis frangit impetus, auget
sapientiam, dat maturiora consilia. Mala
autem quia senium miserrimum est debili-
tate et odio. Subeunt enim morbi tristisque

senectus. Nam duo sunt quibus minuuntur
corporis vires, senectus et morbus. Mors
dicta quod sit amara vel a Marte qui est
effector mortium, sive a morsu primi hominis
quod vetite arboris pomum mordens mortem
incurrit. Tria sunt autem mortis genera:
acerba, immatura, naturalis. Acerba infantum,
immatura iuvenum, merita vel naturalis
senum. Mortuus autem ex qua parte orationis
declinetur incertum est. Nam sicut ait Caesar
ab eo quod est morior in preterito participio te-
mporis in tus exire debuit, per unum enim u
non per duo. Nam ubi geminata est
u littera nomen est, non participium, ut fa-
tuus, arduus. Convenienter itaque fac-
tum est ut quemadmodum id quod significat non potest
agendo, ita ipsum nomen non possit loqu-
endo declinari. Omnis autem mortuus
aut funus est aut cadaver. Funus est si sepe-
litur, et dictum funus a funibus accensis
quos ante feretrum papiro cera circumdatos
ferebant. Cadaver autem si insepultum
iacet. Nam cadaver nominatum a cadendo,
quia iam stare non potest. Quod autem dum
portatur exequias dicimus, crematum reli-
quias, conditum iam sepultum. Corpus autem
consuetudine dicitur, ut illud corpora luce ca-
rentum. Defunctus vocatus quia complevit
vite officium. Nam dicimus functos of-
ficio qui officia debita compleverunt. Unde
et honoribus functus, sunt ergo defunctus
quia ab officio vite sit depositus, sive
quod sit die functus. Sepultus autem
eo quod iam sine pulsu et palpitatione
est, i. sine motu sepelitur ergo
corpus iam supra obrutus dicitur et humum

Sequitur de portentis .iii.

Portenta esse Varro ait que contra naturam
nata videntur sed non sunt contra naturam
quia divina voluntate fiunt cum voluntas
creatoris cuiusque condite rei natura sit
unde et ipsi gentiles deum modo naturam
modo deum appellant. Portentum ergo fit
non contra naturam sed contra quam nota est natura.
Portenta autem et ostenta monstra atque prodi-
gia ideo nuncupantur quia portendere atque
ostendere monstrare ac predicare aliqua
futura videntur. Nam portenta dicta a
portendendo perhibent id est ab ostendendo. Osten-
ta autem quia ostendere quicquam futurum videantur.
Prodigia quia porro dicant id est futura pre-
dicant. Monstra vero a monitu dicta quod
aliquid significando demonstrant sive quod
statim monstrent quid appareat et hoc proprietatis
est abusione tamen scriptorum plerumque corrum-
pitur. Quedam autem portentorum creationes
in significationibus futuris constitute videntur.
Vult enim deus interdum ventura significare
per aliqua nascentium noxia sicut et per somp-
nos et oracula quibus premoneat et signi-
ficet quibusdam vel hominibus vel gentibus
futuram cladem quod plurimis etiam experi-
mentis probatum est. Xersi quippe
vulpes ex equa nata solvi regnum predixit.
Alexandro ex muliere monstrum creatum
cuius superiores corporis partes hominis sed mor-
tue fuerunt inferiores diversarum bestiarum
sed viventes significasse repentinam regis
interfectionem supervixerant enim deteriora melio-
ribus. Sed hec monstra que in significationibus
dantur non diu vivunt sed continuo ut nata
fuerint occidunt. Inter portentum autem et por-
tentuosum differt. Nam portenta sunt que transfi-
gurantur sicut fertur in Umbria mulierem
peperisse serpentem unde Lucanus matremque
suus conterruit infans. Portentuosa vero
levem sumunt mutationem sicut cum
cum sex digitis nati. Portenta ergo vel
portentuosa existunt alia magnitudine
totius corporis ultra communem hominum modum
qualis fuit Titiosus novem iugeribus
iacens Homero teste. Alia parvitate to-
tius corporis ut nani vel quos Greci pig-
meos vocant eo quod sint statura cubi-
tales. Alia magnitudine partium veluti
capite informi vel superfluis membrorum
partibus ut bicipites et trimani vel cino-
dontes quibus gemino ordine prodeunt
dentes. Alia defectu partium in quibus alia
pars plurimum deficit ab alia ut
manus una a manu pes a pede. Alia di-
cisione ut sine manu et capite genita
quos Greci steresios vocant. Alia
prenumeria cum solum caput vel crus
nascitur. Alia que in parte transfigurantur
sicut qui leonis habent vultum vel canis
vel taurinum caput vel corpus ut ex
Phasiphe memorant genitum minotaurum
quod Greci ethemorphian vocant. Alia que
ex omni parte transfigurantur in alienae cre-
ationis portentum ut ex muliere vitulum
dicit historia genitum. Alia que sine
transfiguratione mutationem habent locorum
ut oculos in pectore vel in fronte aures
supra tempora vel ut Aristoteles tradit
quedam in sinistra parte iecur in dextra

speciem genuisse traditur. Alia in complexione plurimarum diversarum sicut illud quod prediximus in Alexandro multiforme portentum. Alia precium in natura et in temptatione etatum sicut hii qui dentati nascuntur sive barbati sive cani. Alia generantur naturis rerum ut in alia membrorum dignita plures et confusi reperiuntur ut in alia minus sive in pedibus. Alia commixtione generis ut androgeni et ermafrodite vocantur. Ermafrodite autem nuncupata eo quod eis uterque sexus appareat. Erma quippe apud grecos masculus, afrodis femina nuncupatur. Hii dextram mamillam virilem sinistram muliebrem habentes vicissim coeundo et gignunt et pariunt. Sicud autem in singulis gentibus quedam monstra sunt hominum ita in universo genere humano quedam monstra gentium ut gigantes, cenocefali, ciclopes et cetera. Gigantes dicti iuxta grecam sermonis ethimologiam qui eos gegenees existimant, id est terrigenas, eo quod eos fabulose terra parens inmensa mole et similes sibi genuerit. Ge enim terra appellatur, genos genus, licet et terre filios vulgus vocat quorum genus incertum est. Falso autem opinantur quidam inperiti de scripturis sanctis prevaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluvium concubuisse et exinde natos gigantes, id est nimium grandes et fortes viros, de quibus terra completa est. Cenocefali appellantur eo quod canina capita habeant quosque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur. Hii in India nascuntur.

Cyclopes quoque eadem India gignit et dictis cyclopes eo quod unum habere oculum in fronte media perhibentur. Hii et agriofagite dicuntur propter quod solas ferarum carnes edunt. Lemnias in Libia credunt truncos nasci sine capite et os et oculos habere in pectore. Alios sine cervicibus gigni oculos habentes in humeris. In ultimo autem oriente monstruose facies gentium scribuntur. Alii sine naribus equali totius oris planitie informes habitus vultus. Alii labro subteriori adeo prominenti ut in solis ardoribus totam ex eo faciem contegant dormientes. Aliis concreta ora esse modico tantum foramine calamis avenarum pastus haurientes. Nonnulli sine lingua esse dicuntur in vicem sermonis nutu utentes sive motu. Panothios apud Scithiam esse ferunt tam diffusa magnitudine aurium ut omne corpus ex eis contegant. Pan enim greco sermone omne, othi aures dicuntur. Artabatite in Ethiopia proni ut pecora ambulare dicuntur. Quadragesimum enim annum nullus supergreditur. Satyri homunciones sunt aduncis naribus, cornua in frontibus et caprarum pedibus similes, qualem in solitudine Antonius sanctus vidit qui etiam interrogatus Dei servus respondisse fertur dicens: mortalis ego sum unus ex accolis heremi quos vario delusa errore gentilitas faunos et incubos satyrosque colit. Dicuntur autem quidem et silvestres homines quos nonnulli faunos ficarios vocant. Sciapodum gens

Ferunt in ethiopia singulis cruribus
et celeritate mirabili quos inde sciopo-
das greci vocant eo quod per estum in terra
resupini iacentes pedum suorum magnitu-
dine adumbrantur. Antipodes in libia
plantas versas habent post crura et oc-
tonos digitos in plantis. Ypodes
in scithia sunt humanam formam et equinos
pedes habentes etc. In india ferunt
gentem que macrobii greci nuncupantur
xii pedum staturam habentes. Est et gens
ibi statura cubitali quos greci a cubi-
to pigmeos vocant de quibus supra diximus
hii montana in dicte tenent viciniosque
quibus est occeanus perhibent et in eadem
india esse gentem feminarum que quinquen-
nes concipiunt et octavum vite an-
num excedunt. Dicuntur autem et alia
hominum fabulosa portenta que non sunt sed
ficta in causis rerum interpretantur ut gery-
one hispanie rege tricor-
poreum. Fuerunt enim tres fratres tante con-
cordie ut in tribus corporibus quasi una ani-
ma esset. Gorgones quoque meretrices fuerunt
speciosi que aspicientes convertebant
in lapides habentes unum oculum quo
in vicem utebantur. Fuerunt enim tres so-
rores unius pulchritudinis quasi unius oculi
que ita in spectatores suos stupescere fa-
ciebant ut verteret eas putarentur in
lapides. Syrenas tres fingunt fuis-
se ex parte virgines ex parte volucres
habentes alas et ungulas quarum una vo-
ce altera tibiis tertia lyra canebat
que illectos navigantes sub cantu in

naufragium trahebant. Secundum veritatem
autem meretrices fuerunt que quod transeuntes
deducebant ad egestatem his ficte sunt
inferre naufragia. Alas autem habuisse et
ungulas quia amor et volat et vulnerat
quia inde in fluctibus commorate dicuntur quia
fluctus Venerem creavit. Scillam quoque ferunt
feminam capitibus succinctam caninis cum
latratibus magnis propter fretum Siculi maris
in quo navigantes verticibus in se concurren-
tium undarum exterriti latrare existimant
undas quas sorbentis estus vorago
colligit confingunt et monstrum incorpora-
bilem animatum ut cerberus inferorum
cane trina capita habens significantes
per eum tres etates per quas mors homi-
nem devorat id est infantiam iuventutem
et senectutem quem quidam ideo dictum
cerberum putant quasi creoboros id est carnem vo-
rantem. Dicunt et ydram serpentem cum
novem capitibus que latine excedra dicitur
quod uno ceso tria excrescebant sed constat
ydram locum fuisse evomentem aquas
vastantem vicinam civitatem in quo uno
meatu clauso multi erumpebant quod
hercules videns loca ipsa exussit et sic
aque clausit meatus nam ydra ab aqua
dicta est huius mencionem facit ambrosius
in similitudinem heresium inducens heresis
enim velud quedam ydra fabularum vulne-
ribus suis crescit et dum sepe reciditur
pullulat igni conburenda incendioque
peritura confingunt et chimeram triformem
bestiam ore leo postremis partibus draco
media caprea quam quidam physi non

ciuitas q(ue) altae montem ex dicunt q(ui)dam
tauros feroces et apros insequentes q(ui)dam
ardentes quibusdam plenum sp(irit)u sine
bellorum instabilis fuit unde estime-
runt d(icu)n(t) ... Centauros aut ipsos
uocabulum indidit. i. thoma... eos iuxta
quos q(ui)dam fuisse equites ... di-
cunt sed ipsos qui discurrentes i(n) bello
velud unum corpus equorum et hominum vi-
derentur unde centauros dicos assere-
rat. Petrus manducatorum nomen
sumpsisse

Incipit liber xii de pecoribus et iumentis

Omnibus animalibus adam primum vocabula indidit appellans unicuique nomen ex presenti institucione iuxta condicionem nature cui serviret. Gentes autem animalium unicuique ex propria lingua dederunt vocabula. Non autem secundum linguam latinam atque grecam aut quarumlibet gentium barbararum nomina illa imposuit adam, sed illa lingua que ante diluvium omnibus una fuit que hebrea nuncupatur. Latine autem animalia sive animancia dicta quod animentur vita et moveantur spiritu. Quadrupedia vocata quia quatuor pedibus gradiuntur, que dum sint similia pecoribus tamen sub cura humana non sunt ut damme onagri et cetera. Sed neque bestie sunt ut leones neque iumenta ut usus hominum iuvare possint. Pecus dicimus omne quod humana lingua et effigie caret. Proprie autem pecorum nomen hiis animalibus accommodari solet que sunt ad vescendum apta ut oves et sues, aut in usu hominum commoda ut equi et boves. Differt autem inter pecora et pecudes. Nam veteres communiter in significacione omnium animalium pecora dixerunt. Pecudes autem tantum illa animalia que eduntur quasi pecuedes. Generaliter autem omne animal pecus a pascendo vocatum. Iumenta nomina inde traxerunt quod nostrum laborem suo adiutorio subvectando vel arando iuvent. Nam bos carpenta trahit et durissimas terre glebas vomere vertit; equus et asinus portant onera et hominum in gradiendo laborem temperant. Unde et iumenta appellantur ab eo quod iuvent homines. Est enim magne virtutis animalia. Item et armenta vel quod sunt apta armis id est bello vel quod hiis in armis utimur. Alii armenta tamen boves intelligunt ab arando quasi aramenta vel quod sint cornibus armata. Discretio est autem inter armenta et greges. Nam armenta equorum et boum sunt, greges vero camelorum caprarum et ovium. Ovis molle pecus lanis et corpore inerme, animo placido, ab oblatione dictum eo quod apud veteres initio non tauri sed oves in sacrificio mactarentur. Ex quibus quasdam bidentes vocant quod inter octo dentes duos altiores habent quas maxime in sacrificio gentiles offerebant. Vervex vel a viribus dictus quod ceteris ovibus sit fortior, vel quod sit vir id est masculus, vel quod vermem in capite habeat quorum excitati pruritu invicem se concuciunt et pugnantes cum magno impetu feriunt. Aries vel apo tu areos id est a marte vocatus, unde et apud nos in gregibus masculi mares dicuntur, sive quod hunc pecus gentiles primum aris imolarent. Aries quod aris imponeretur. Unde et illud aries mactatur ad aram. Agnus quamquam et greci vocant apo tu agnu quasi pium, Latini autem ideo hoc nomen habere putant quod pre ceteris animantibus matrem agnoscat, ideo ut etiam si in magno grege erraverit statim balatu recognoscat vocem parentis. Hedi ab edendo vocati, parvi enim pinguissimi sunt et saporis iocundi, unde et edulium vocatur. Hircus lascivum animal et petulcum et fervens semper

ad coitum eius oculi oblibidine in sanguinem
aspiciunt vnde et nomen trahit [illegible] hirci
sunt oculorum anguli secundum Suetonium cuius
natura adeo calidissima est ut adamantem
lapidem quem nec ignis nec ferrum domare
potest solus huius cruor dissolvat. Ma-
iores hirci cinifei dicuntur a flumine Ci-
nife in Libia ubi grandes nascuntur. Capros
et capreas a carpendis virgultis quidam dixe-
runt. Alii quia captent aspera. Non nulli
a crepitu crurum. Unde et capreas vocitatas
quas agrestes capre quas Greci pro eo quod acu-
tissime videat id est oxyderkes [illegible] dorcadas
appellavit. Morantur enim in excel-
sis montibus et quamvis de longinquo videt omnes qui
ibi venient. Idem autem et capree
idem et ibices quasi avices eo quod ad instar
avium ardua et excelsa teneant et subli-
mia inhabitent ita ut de sublimitate
vix humanis obtutibus pateant. Unde et
meridiana pars ibices aves vocat qui
fluenti inhabitant. Hec itaque ut dixi-
mus animalia in petris altissimis commo-
rantur et si quando ferarum vel hominum adversi-
tatem persenserit de altissimis saxorum
cacuminibus sese se precipitantes in suis se
cornibus illesa suscipiunt. Cervi dicti
apo ton ceraton id est a cornibus. Cerata enim
Grece cornua dicuntur. Hii serpentium inimi-
ci cum se gravatos infirmitate persenserint
spiritu narium eos extrahunt de cavernis
et superata pernicie veneni eorum pabulo
reparantur. Diptamnum herbam ipsi prodiderunt
nam ea pasti excutiunt acceptas sa-
gittas. Mirantur autem sibilum fistularum.
Erectis auribus acutissime audiunt, submis-
sis nichil. Si quando immensa flumina vel
maria transnatant capita clunibus precedentium
superponunt sibique invicem succedentes nullum
laborem ponderis sentientes. Tragelaphus
agrestis nominatur cum sit idem genus cervi
villosos habent armos sicut ut hirci
et menta prolixis hirta barbis qui non
alibi sunt quam circa Fasidem. Hinnuli filii
sunt cervorum filii ab innuere dicti quia ad nu-
tum matris absconduntur. Damula vocata
quia de manu effugiat timidum animal et
imbelle de quibus Marcialis: Dente timetur aper
defendunt cornua cervum imbelles dame quid
nisi preda sumus. Lepus levipes quia velociter
currit. Unde et Grece pro cursu lagos dicitur. Velox
est enim animal et satis timidum. Cuniculi
genus agrestium animalium dicti quasi caniculi
eo quod canum indagine capiantur vel exclu-
dantur a cavernis. Sus dicta quod pascua
subigat id est terra subacta escas querat. Ver-
res quod grandes habeat vires. Porcus quasi
spurcus. Ingurgitat enim se ceno luto
quod immergit limo illinit. Oracius: et amica
luto sus. Ab immundicia spurcicia ut spurcus
nuncupatur. Porcorum pilos setas vocamus
et setas a sue dictas a quibus et sutores vo-
cantur quod ex setis suant id est consuant pelles. Aper
a feritate vocatus ablata f littera et subroga-
ta p. Unde et apud Grecos siagros id est fe-
rus dicitur. Omne enim quod ferum est et im-
mite abusive agreste vocamus. Iuvencus
dictus quod iuvare incipiat hominem usus
in excolenda terra vel quod apud gentiles
Iovi semper victimis iuvencus immolabatur numquam
taurus. Nam in victimis etiam etas conside-
rabatur. Taurus Grecum nomen est sicut
et bos. Indici tauri coloris fulvi sunt
volucris pernicitatis pilis in contrarium versis

capud circumflectunt flexibiliter qua volunt
ergo animal omne dorsum despiciunt in
mutui feritate. Bovem graeci boete dicunt
hunc latini trionem vocant. Nevius
terionem eo quod terram terat trionem hic
moderator rusticus. Cuius latitudo pellis
una a mento ad crura palearia dicuntur
a pelle ipsa quasi pellearia quod est generositatis
in bove signum. Boum in sociis eximia
pietas nam alterum alterius inquirit cum quo
ducere collo aratrum consuevit et frequenti
mugitu pium testatur affectum si forte
defecerit. Vacca dicta quasi boacca est enim
ex qualitate mobilium nominum sicut leo leena
draco dracena. Vitulus et vitula a viridi-
tate dicti id est etate viridi sicut virgo vitu-
la ergo parvula est et non dum enixa na-
m enixa iuvenca est aut vacca. Bubali
vocati per derivationem quod sint similes boum
adeo indomiti ut prae feritate iugum cervi-
cibus non recipiant. Hos procreat Affrica.
Uri agrestes boves sunt in Germania habentes cor-
nua in tantum extensa ut regiis mensis
in capacitate eorum gerule fiant. Ca-
melis causam nominis dedit sive quod
quando onerantur ut breviores et humiles
fiant accubant quia graeci camin humile et breve
dicunt sive quod curvus est dorso camur
in verbo graeco curvum significat. Hos licet
et alie regiones mittant sed Arabia plu-
rimos. Differunt autem sibi nam arabici bi-
na tubera in dorso habent reliquarum regio-
num singula. Dromeda genus camelo-
rum minoris quidem stature sed velocioris
unde et nomen habet nam adromos
graece cursus et velocitas appellatur. Centum
milia et amplius uno die pergere solet.
Quod animal sicut bos et ovis et camelus ru-
minat. Ruminatio autem dicta est a rumine
eminente gutturis parte per quam dimissus
cibus a certis revocatur animalibus. Asinus
et asellus a sedendo dictus quasi asedus sed
hoc nomen quod magis equis conveni-
bat ideo ab antiquis hoc animal suscepit quia
prius quam equos caperent homines hunc
presidere ceperunt. Animal quippe tardum
et nulla ratione renitens statim ut voluit
homo subdiderunt. Onager interpretatur a-
sinus ferus. Ferus quippe graeci agri-
um vocant agrium ferum. Hos Affrica habet
magnos et indomitos et in deserto vaga-
ntes. Singuli autem feminarum gregibus pre-
sunt. Nascentibus zelant et testiculos morsu de-
truncant quod caventes matres eos in secretis
locis occultant. Asinus Arcadicus dictus
eo quod ab Arcadia primum vecti sunt magni
et alti. Minor autem asellus agro plus
est necessarius quod et laborem tolerat et ne-
gligentiam prope modum non recusat. Equi
dicti eo quod quando quadrigis iungebantur equa-
bantur paresque forma et similes cursu co-
pulabantur. Caballus dictus a cavo quod
gradiens ungula impressa terram cavat quod
reliqua animalia non habent. Inde et soni-
pes quod pedibus sonat. Vivacitas equorum
multa. Exultant enim in campis odorantur
bellum excitantur sono tube ad prelium voce
accensi ad cursum provocantur. Dolent cum
victi fuerint exultant cum vicerint. Quidam
hostes in bello sentiunt adeo ut adver-
sarios morsu petant. Aliqui etiam proprios

duos reginos sunt obliti mansuetudinis si
mutetur aliquis post dominum alium recipiunt
inspectis ut morientibus dominis multi lacri-
mas fundunt. Solus enim equus propter homines
lacrimat et doloris affectum sentit et constat
unde in centauris equorum et hominum natura
permixta est et solent etiam ex equorum vel
alacritate eventum futurum dimicaturi colligere.
Etas longeva equis Persas Hunnos
ac Epirotas ac Siculos in annos ultra
quinquaginta brevior Hispanis ac Numidis
ac Gallis frequens opinio est. In generosis
equis ut aiunt veteres quattuor expectantur: Nota de cognitione equorum
forma pulchritudo meritum atque color. Forma
ut sit validum corpus atque solidum robo-
ri conveniens altitudo latus longum sub-
stricte maxime rotundi clunes pectus
late patens corpus omne musculorum
densitate nodosum pes siccus et cornu
concavo solidatus. Pulchritudo ut sit ex-
iguum caput et siccum pellis ossibus ad-
herens aures breves et argute oculi mag-
ni nares patule et recta cervix coma et
densa et cauda ungularum soliditate ro-
tunditas fixa. Meritum ut sit animo
audax pedibus alacer trementibus membris
quod est fortitudinis indicium quique ex sum-
ma quiete facile concitetur vel excitata
festinatione non difficile teneatur. Mo-
tus autem equi in auribus intelligitur virtus
in membris trementibus. Color hii precipue
est expectandus badius aureus roseus mir-
teus gilvus glaucus scutulatus canus
cervinus candidus albus guttatus niger.
Sequenti autem ordine varius ex nigro
badioque distinctus reliquus varius color

ut cinereus deterrimus. Badium autem antiqui
vadium dicebant quod inter cetera animalia for-
tius vadat. Ipse est et spadix quem phe-
nicatum vocant et dictus spadix a colore
palme quam Syri spadicam vocant. Gl-
aucus vero est velut pictos habens oculos et
quodam splendore perfusos. Nam glaucum
veteres pictum dicebant. Gilvus autem
melinus color est subalbidus. Gutta-
tus albus nigris intervenientibus punc-
tis. Candidus autem et albus invicem sibi
differunt. Nam albus cum quodam pallore
est; candidus vero niveus et pura luce per-
fusus. Canus vero dictus quod ex candido co-
lore et nigro est. Scutulatus vocatus propter
orbes quos habet candidos inter purpureos.
Varius quod varios habeat colores impares.
Qui autem albos tantum pedes habent pe-
tilli appellantur; qui frontem albam calidi.
Cervinus est quem vulgo guaranem dicunt;
eritie? quem vulgus vocat quasi in modum
erei sit coloris. Mirteus autem est
pressus in purpura. Dosinus autem dictus
quod color eius de asino vel cinereus.
Sunt autem hii de agresti genere orti quos
equiferos dicimus et proinde ad urba-
nam dignitatem transire non possunt. Mau-
rus niger est; nigrum enim Greci maurum
vocant. Mannus vero equus brevior est
quem vulgo brunitium vocant. Veredos
antiqui dicebant quod veherent redas
id est ducerent vel quod vias publicas cur-
rerent per quas et redas ire solitum erat.
Equorum tria sunt genera: unum generosum Nota
prelio et oneribus aptum; alterum vulga-
re atque gregarium ad vehendum non ad

equitardum aptum cum commixtione diversi generis ortum et de bigeneris que ex diversis nascuntur ut mulus. Mulus autem a greco tractum vocabulum habet, grece enim hoc vel quia iugo pistorum subactus tardas molendo ducit in gyrum molas. Iudei asserunt quod Ana nepos Esau equarum greges in deserto ab asinis primus fecit ascendi ut mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur. Onagros quoque ab hoc admissos esse ad asinas et ipsum huiusmodi repperisse concubitum ut velocissimi ex hiis asini nascerentur. Industria quippe humana diversa in coitum animalia coegit sicque commixtione adulterina genus aliud repperit sicut et Iacob contra naturam colorum similitudines procuravit. Nam tales fetus oves illius conceperunt quales umbras arietum desuper ascendentium in aquarum speculum contemplabantur. Denique et hoc ipsum in equarum gregibus fieri fertur ut generosos obiciant equos visibus concipientium quorum similes concipere et creare possint. Nam et columbarii diversis depictas ponunt pulcherrimas columbas in hiis locis quibus ille versantur quo rapiente visu similes generent. Inde est quod quidam gravidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animalium vultus ut cenocephalos et simias ne visibus occurrentes similes fetus pariant. Hanc feminarum esse naturam ut quales perspexerint sive mente conceperint in extremo voluptatis estu dum concipiunt talem sobolem procreant ut enim animal in usu venereo foris species extrinsecus intus transmittit earumque saciata typis rapit species earum in propriam qualitatem. In animantibus bigenera dicuntur que ex diversis nascuntur ut mulus ex equa et asino, burdo ex equo et asina, ibride ex apris et porcis, titirus ex ove et hirco, musmones ex capra et ariete. Est autem dux gregis.

Sequitur de bestiis n.

b Bestiarum vocabulum proprie convenit leonibus pardis tygribus lupis et vulpibus canibus quoque et simiis ac ceteris que vel ore vel unguibus seviunt exceptis serpentibus. Bestie dicte a vi qua seviunt. Fere appellate eo quod naturali utuntur libertate et desiderio suo ferantur; sunt enim libere earum voluntates et huc atque illuc vagantur et quo animus duxerit eo feruntur. Leonis vocabulum ex greca origine inflexum est in latinum; grece enim leon vocatur et est nomen notum quia ex parte corruptum. Leena vero totum grecum est sicut et dracena. Ut autem leena lea dicatur usurpatum est a poetis. Leo autem grece et latine rex interpretatur eo quod princeps sit omnium bestiarum. Cuius genus triphariam dividitur: quibus breves et iuba crispa imbelles sunt, longi et coma simplici acres animis. Eorum frons et cauda indicat virtus, in pectore eorum firmitas, in capite fortitudo. A venatoribus terram contuentur quo minus aspectis venabulis terreantur. Rotarum timet strepitum sed ignis

magis cum dormierit vigilat oculis
cum ambulant cauda sua cooperiunt ves-
tigia sua ne eos venator inveniat
cum genuerit catulum tribus diebus et
tribus noctibus catulus dormire fertur
tunc deinde patris fremitu vel ru-
gitu veluti tremefactus cubilis locus
suscitare dicitur catulum dormientem. Circa
homines leonis natura est talis ut nisi
lesi nequeant irasci patet enim cot-
tidianis exemplis assiduis prostratis
enim parcit captivos obvios patriam
redire permittunt. Hominem non nisi in
magna fame interimunt. De quibus sin-
orcis summuneque leonum. Tygris vo-
cata propter volucrem fugam ita enim nomi-
nant Persi et Medi sagittam est enim
bestia variis distincta maculis virtu-
te et velocitate mirabilis ex cuius no-
mine flumen tygris appellatur quod is
rapidissimus sit omnium fluminum has
magis Hircania gignit. Panthe-
rus sive quod omnium animalium sit amicus
excepto dracone sive quod sui generis so-
cietate gaudet et ad eandem similitudinem
quicquid accipit reddit pan enim omne dicitur
Bestia minutis orbiculis superpicta
ita ut oculatis ex fulvo circulis nigra
vel alba distinguatur varietate haec semel
omnino parit. Cuius causae ratio mani-
festa est nam cum in utero matris catuli
maturescere adque vigere viribus
coeperint odiunt tempus morae itaque quasi one-
ratam fetibus vulvam tamquam obstaculum partui
unguibus laceratam effundit illa partum
seu potius dimittit dolore cogente ita
postea corruptis et cicatricatis sedibus
genitale semen in se susceptum non est ac-
ceptum sed irritum resilit. Quamvis Plinius
dicat animal cum acutis unguibus saepe
parere non posse vitiantur enim intus se
moventibus catulis. Pardus
secundus post pantherem est genus varium
ac velocissimum et praeceps ad sanguinem
saltu enim ad mortem ruit. Leopardus
ex adulterio leene et pardi nascitur et tertiam
originem efficit sicut et Plinius dicit
in naturali historia leonem cum parda
aut pardum cum leena concumbere et con-
tamen per totum degeneres partus creari ut
mulus et asinus. Monoceron a Grecis
vocatur latine interpretatur unicornis
idem et monoceron id est unicornis eo
quod unum cornu in media fronte habeat
pedum quattuor ita acutum et validum ut
quicquid impetierit aut ventilet aut
perforet nam cum elephantis saepe certa-
men habet et in ventre vulneratum pro-
sternit. Tantae autem est fortitudinis
ut nulla venantium virtute capiatur sed
sicut asserunt qui naturas animalium
scripserunt virgo puella proponitur quae
venienti sinum aperit in quo ille fe-
rocitate omni deposita caput ponit sic-
que soporatus velud inermis capitur.
Elephantem Grecis a magnitudine corporis
vocatum putant quod formam montis prae-
ferat grece enim mons elefio dicitur apud
Indos autem a voce barro vocatur
unde et vox eius barritus et dentes ebur-

rostrum autem promuscidem dicitur quo illo ori pabula admovet, et est angui similis vallo munitus eburno. Hos boves lucas dicebant antiqui romani; boves quia nullum animal grandius videbant, lucas quia in lucania illos pirrus primus in prelio obiecit romanis. Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptum est. In his enim persi et indi ligneis turribus collocatis tamquam de muro iaculis dimicant. Intellectu autem et memoria multa vigent. Gregatim incedunt. Motu quo valent salutant. Murem fugiunt. Aversi coeunt. Cum autem parturiunt in aquis vel in insulis dimittunt fetus propter dracones, quia inimici sunt et ab eis implicati necantur. Biennio autem portat fetus, nec amplius quam semel gignit, nec plures sed tantum unum. Vivunt autem annos CCC. Apud solam affricam et indiam prius nascebantur; nunc sola india eos gignit. Griphes vocantur quia sit animal pennatum et quadrupes. Hoc genus ferarum in yperboreis nascitur montibus. Omni parte corporis leones sunt, alis et facie aquilis similes; equis vehementer infesti. Nam et homines visos discerpunt. Cameleon non habet unum colorem sed diversa est varietate conspersus ut pardus. Dicitur autem ita. Huius cameleontis corpus ipsum ad colores quos videt facillima conversione variatur, cum ceterorum animalium non est ita ad conversionem facilis corpulentia. Camelopardus dictus quod dum sit pardus albis maculis superaspersus, collo equo similis, pedibus bubulis, capite cum camelo est similis. Hunc ethiopia gignit. Lincis dictus quia in luporum genere numeratur; bestia maculis terga distincta ut pardus sed similis lupo; unde et ille licos, iste lincis. Huius urinam convertere in duritiam preciosi lapidis dicunt, ut ligurius appellatur. Quod et ipsas linces sentire hoc documento probatur. Nam egestum liquorem harenis in quantum potuerint contegunt, invidia quadam nature ne talis egestio transeat in usum humanum. Linces dicit plinius secundo partu non admittere fetum. Castores a castrando dicti sunt. Nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus, propter quod cum presenserit venatorem ipse se castrat et morsibus vires suas amputat. De quibus cicero in scauriana: redimunt se ea parte corporis propter quam maxime expetuntur. Iuvenalis: qui se eunuchum ipse facit cupiens evadere dampno testiculi. Ipsi sunt et fibri, qui et canes ponticaces vocantur. Ursus fertur dictus quod ore suo formet fetus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus et carnem quandam nasci quam mater lambendo in membra componit. Unde est illud: sic format lingwa fetum cum protulit ursa. Sed hoc immaturitas partus facit. Denique tricesimo die generat; unde evenit ut precipitata fecunditas informes procreet. Ursorum caput invalidum; maxima vis in brachiis et lumbis, unde interdum erecti insistunt. Lupus greca derivatione in lingwam transfertur. Lupum enim illi licos dicunt; licos autem grece a morsibus appellatur, quod rabie rapacitatis quecumque invenerit trucidet. Alii lupos vocatos aiunt quasi leopos, quod quasi leonis ita sit illis virtus in pedibus; unde et quicquid presserit pedibus non vivit.

Capax autem bestia et devoratrix appetens
de qua rustici aiunt vocem hominem perdere si
eum lupus prior viderit unde et tacenti
subito dicitur lupus in fabula Certe si se pre-
visum senserit deponit feritatis audaci-
am Lupi toto anno non amplius quam diebus
xii coeunt famem diu portant post longa
ieiunia multum devorant Lupos Ethio-
pia mittit cervice iubatos varios ut
nullum colorem illis dicat abesse Canis
nomen latinum graecam ethimologiam habere
videtur graece enim cenos dicitur licet enim quidam
a canore latratus appellatum existiment
quod insonet unde et canis Nichil autem
sagacius canibus plus enim sensus ceteris ani-
malibus habent namque soli sua nomina
recognoscunt dominos suos diligunt dominorum
tecta defendunt et pro dominis suis se morti
obiciunt voluntarie cum domino ad predam currunt
corpus domini sui et non relinquunt quorum
postremo natura est extra homines esse non
posse In canibus duo sunt expectanda aut
fortitudo aut velocitas Catuli abusive
dicuntur quorumlibet bestiarum filii nam proprie catu-
li canum sunt per diminutionem dicti Licisce autem
dicuntur ut ait Plinius canes nati ex
lupis et canibus cum inter se forte misceantur
Solent et Indi feminas canes noctu in
silvis alligatas admittere ad tigres bes-
tias a quibus insiliri et nasci ex eodem
fetu canes adeo acerrimos et fortes
ut complexu leones prosternant Vulpes
dicta quasi volupes est enim volubilis pe-
dibus et numquam rectis itineribus sed tortuosis
anfractibus currit fraudulentum animal
insidiisque decipiens Nam cum non ha-
buerit escam fingit mortem sicque descendentes

quasi ad cadaver aves rapit et devorat Sy-
mie grecum est nomen id est pressis naribus
sicut et feda facie rugis follicantur
follicantibus licet et capellarum pressum habere na-
sum Hii simias latino nomine vocatas
arbitrantur eo quod multas in eis similitudines
rationis humane sentiant sed falsum est ne
elementorum presagas nova luna exul-
tant media et cava tristantur Fetus quos
amant ante se gestant neglecta cetera ma-
tri heret Harum genera quinque sunt cerco-
bus capetia caudas habent simia enim
sine cauda est quam quidam oldura vocant
Sphinges villose sunt comis mammis emi-
nentibus dociles ad feritatis oblivionem
Cenocephali et ipsi similes simiis sed facie
admodum canis sunt et nuncupati Saty-
ri facie admodum grata et gesticulationibus
inquieti Callitrices toto pene
aspectu a ceteris distant sunt enim in facie pro-
lixa barba et lata cauda Leontofon
bestia modica et exinde ita vocata quia
capta exuritur cuius cineres aspersae
carnes et posite per compita simiarum le-
ones necant si quantulumcumque eodem
sepperit Histrix animal in Affrica qua-
tu pile vocatum a stridore spinarum quas
tergo laxatas emittit canes vulneret
insequentes Enidrox bestiola exeo
nuncupata quod in aquis versetur maxime
et in Nilo quia si invenerit dormientem
corcodrillum volutat se in lutum primum
et intrat per os eius in ventrem et carpens
omnia interanea eius sic moritur
Hyenecomon grece vocatur eo quod odore
suo et salubria abicit et venenosa pro-
dantur Dracontopodes draconteus aut perdit similis

viri tuscos z veneni Sirullus aut ascō-
tes e nūcupatū sicut etiā serpētes in-
sequnt' qui cū adūsū aspidē pugnat
caudā erigit qm̄ aspis maxime caput
obsūrat qi minatē ad quā cū viri
sua cuspid' decepta corrumpit' Musio
appellat' q mures i fetus e sicut vul-
gus captu acceptiā vocat Alij dicūt
q captat i videt nā tā acute cernit
ut fulgore lumis noctis tenebras supet
unde z agro venit catus i ingeiosus
cuatoy kades z al' cfurio afurno des
unde z fur tenebrosos eni z occlos
cuniclos effodit z ciat pdā qm̄ in
veneit zelo ut q sit rotūdissimo
mebro ut q semos petat z assidue

De minutis aīalibz

mella peptet
Us pusillū aīal gēn alli nome
e quidā ab eoco sicut latinu
fit Alij dicit mures q ex humore t-
re nascūt' nā mus tra ūj z humus
Hys z i plenilunio iecur crescit sicut
quedā maritima augent' q rursus
minuēte luna deficiūt Sorex latinu
e eo q rodit z i modū serre pcidit
antiqui eni sorrā sauriē dicebāt
sicud z dudū clandū Mustela dca q̄i
mus lagus nā telu alogitudie dicū
ē ingeiosa subdola i domibz ubi nutrit
catulos suos cuspid' mutatqz sedē
serpētes z z mures psequit' Duo
sūt gna mustelarū Alterū eni silvestre
e distās longitudie q̄ua gci ictidas
vocat altiū i domibz oberrās cfalso
aut opinat' qui dicit mustelā ore
gcipe aure effūde ptu Musiramen
cu' morsu aranee moriunt' e i par-
dina aīal peregrinū aranei forma q̄
soli fuga dr q diē i fugiat i metal-
lis argentariis plurima e occultū rep-
tās p in prudētiā sup sedētibz pestē
facit Calpa dca q sit dapnata ceci-
te ppetua z tenebris e eni absqz oculis
sp̄ terrā fodit z humū egerit z radices
subtra de frugibz comedit q gci thassal-
tam vocat Glires dca sūt q pingues
eos efficiat sopnus nā gliscit diciuus
crescit hyeme eni tota dormiunt z i
mobiles q̄i mortui iacet tp̄e estivo
reviviscunt Hericius aīal spinis co-
opertū q exinde dr noiatū eo q sb-
rigit se qm̄ spinis suis clauditur q̄bz
undiqz ptectus e qt isidias nā stati-
ē ut aliquid psenserit pmū se subrig'
atqz i globū cūsus i sua se arma
recolligit huius i prudetia quedā est
nā cū abstraxerit uvā devite supinus
se se volutat sup eā z sic eā ex-
hibz natis suis Grillus nome a
sono vocis hz hic retro ambulat z
terrā terebrat strident noctibz Venator
eu formica alligata capillo i caverna
gectā afflato prius pulue ne ab-
scodat ita formice complexibz extrahit'
Formica dca ab eo q micas ferat
farris cui' solercia multa Provideet
eni i futurū z pparat estate q yeme
comedat In messe aut colligit tri-
cū ordeū no tangit dū pluit eas
de desup frumentū totū eiat Dicunt'
i ethiopia formice ee ad formam
canis que arenas aureas pedibz
exerunt quas custodiunt ne qs auferat

captatque adueniens perimitur. Formico-
leon ob hoc vocatus quia formicarum leo est
vel certe formica et leo. Est enim animal
paruum formicis infestum quod se in pulue-
re abscondit et formicas frumenta
gestantes interficit. Proinde autem et leo et
formica vocatur quia aliis animalibus ut formica
est, formicis autem leo est.

Sequitur de serpentibus .iiij.

[A]nguis vocabulum omnium serpentum genus
quod plicari et torqueri possit, et
inde anguis quod angulosus sit et numquam
rectus. Angues autem apud gentiles pro-
genius locorum erat habitus semper. Unde
Persius: Pinge duos angues, pueri sa-
cer est locus. Colubrum dictus ab eo
quod colat umbras vel ab eo quod in lubricos
tractus flexibus sinuosis labitur; nam lu-
bricum dicitur quidquid labitur dum tenetur ut
piscis, serpens. Serpens autem nomen ac-
cepit quia occultis accessibus serpit non
manifestis nexibus repit. Illa autem
que in quattuor pedibus nituntur sicut lacerti
et stelliones non serpentes sed reptilia
nominantur. Serpentes autem reptilia
sunt quia pectore et ventre repunt. Quorum
tot venena quot genera, tot pernicies quot
species, tot dolores quot colores habent. Dra-
co maior cunctis serpentibus sive omnibus
animantibus quae reptant super terram. Hunc
greci dracontam vocant unde et diriuatum
est in latinum ut draco diceretur. Qui saepe
ab speluncis abstractus fertur in aerem concita-
tur aer propter eum. Est autem cristatus, ore
paruo et arctis fistulis per quas trahit spiritum
et linguam exerit. Vim autem non dentibus
sed in cauda habet et verbere potius quam rictu nocet.
Innoxius est autem a venenis sed ideo huic
ad mortem faciendam venena non esse ne-
cessaria quia si quem ligaverit occidit.
A quo nec elephans tutus est sui corporis
magnitudine. Nam circa semitas delites-
cens per quas elephanti soliti gradiuntur cru-
ra eorum nodis alligat ac suffocatos pe-
rimit. Gignitur autem in ethiopia et india
in ipso incendio iugis estus. Basilis-
cus grece, latine interpretatur regulus eo
quod rex serpentum sit adeo ut eum viden-
tes fugiant quia olfactu suo eos necat.
Nam et hominem vel si aspiciat interimit.
Siquidem ad eius aspectum nulla avis
volans illesa transit sed quamvis procul sit
eius ore conbusta deuoratur. A mustelis
tamen vincitur quas illic homines inferunt
cauernis in quibus delitescit. Itaque
eam visa fugit quam illa persequitur et
occidit. Nichil enim parens ille sine
remedio rerum constituit. Est autem longi-
tudine semipedalis albis maculis
lineatus. Reguli autem sicut scorpiones
arentia quaeque sectantur et postquam ad aquas
venerint ydrophobos et lymphaticos
faciunt. Sibilus idem est qui et regulus;
sibilo enim occidit antequam mordeat
vel exurat. Vipera dicta quod vi pariat.
Nam cum venter eius ad partum intumu-
erit, catuli non expectantes maturam
naturae solutionem corrosis eius late-
ribus erumpunt cum matris interitu. Lu-
canus: Viperei coeunt abrupto corpore
nodi. Fertur autem masculus ore inser-
to vipere semen expuere. Illa autem

ex voluptate libidinis in rabiem versa
caput maris ore receptum precidat. Unde
fit ut parentes utrique pereant masculus dum
coit femina dum parit. Ex vipera autem fiunt
pastilli qui tiriaci vocantur a grecis. Aspi-
s vocata quod morsu venena immittat
et spargit. Ios enim greci venenum di-
cunt et inde aspis quod morsu venenato
interimat. Huius diversa genera et species et
dispares effectus ad nocendum. Fertur
autem aspis cum ceperit pati incantatorem
qui eam quibusdam carminibus propriis evocat
ut eam de caverna producat, illa cum exire
noluerit unam aurem in terram premit, al-
teram cauda obturat atque operit, ita
voces illas magicas audiens non
exit ad incantatorem. Dipsa genus
aspidis que latine situla dicitur quia quem
momorderit siti perit. Ypnalis genus
aspidis dicta quod sompno necat. Hanc
et sibi Cleopatra apposuit et ita mor-
te quasi in sompno soluta est. Emorreis
aspis nuncupatus quod sanguinem sudat
qui ab eo morsus fuerit ita dissolutis
venis quidquid vite est per sanguinem
evocat. Grece enim sanguis emath dicitur.
Prester aspis semper ore patenti et vapo-
rata currit cuius poeta sic meminit:
Oraque distendens avidus fumantia
prester. Sic quem percusserit distenditur
enormique corpulentia necatur. Extu-
beratum enim putredo sequitur. Seps
tabificus aspis quem dum momorderit
hominem statim eum consumit ita ut
liquefiat totus in ore serpentis. Ceras-
tes serpens dictus eo quod in capite cornua

habeat similia arietum. Ceras enim greci vocant
cornua. Sunt autem illi quadrigemina cor-
nicula quorum ostentatione veluti escam il-
lectis sollicitata animalia perimit. Totum enim
corpus tegit harenis nec ullum indicium
sui prebet nisi ex ea parte qua invitatas aves
vel animalia capit. Est autem flexuosior
plus quam alii serpentes vocatus eo quod tan-
ta prefulget tergi varietate ut notarum
gratia aspicientes retardet et quia reptando
pigrior est quos assequi non valet
miraculo sui stupentes capit. Tanti autem
fervoris est ut etiam hiemis tempore exuvi-
as corporis fervens exponat. De quo Luca-
nus: Et scitalis sparsis etiam nunc sola pru-
inis exuvias positura suas. Amphisi-
bena dicta eo quod capita habeat duo, unum
in loco suo et alterum in cauda, currens ex utroque
capite tractu corporis circulato. Hec sola
serpentium frigori se committit prima omnium
procedens. De qua idem Lucanus: Et gravis in ge-
minum vergens caput amphisbena. Cuius
oculi lucent veluti lucerne. Enydros co-
lubra in aqua vivens. Greci enim ydros
aquam vocant. Ydros aquatilis serpens a quo
icti obturgescunt. Cuius quidam morbum
boam vocant eo quod ei fimo bovum me-
dicetur. Ydra draco multorum capitum
qualis fuit in Lerna palude provincie
Archadie. Hec latine excedra dicitur quia uno
ceso tria capita excrescebant. Sed hoc fabulo-
sum est nam constat ydram esse locum evo-
mentem aquas vastantes vicinam civita-
tem in quo uno meatu clauso multa
erumpebant. Quod Hercules videns loca ipsa

exussit et sic aque meatus clausit. nam ydra antiqua dicta est. Chelidros serpens qui et cersidros quasi cerim et in terris et in aquis moratur nam cersom dicunt greci terram ydor aquam. Hic per quem labitur terram fumare facit. Hunc sic Macer describit: Seu terga expirant spumantia virus seu terra fumat qua teter labitur anguis. Et Lucanus: Tractique via fumante chelidri. Qui dum ambulat nam si torpit se dum erit statim crepat. Natrix serpens aquam veneno inficiens in quocumque enim fonte fuerit eum veneno inficiet. De quo Lucanus: Et natrix violator aque. Cencris serpens in flexuosa qui semper rectum iter efficit de quo Lucanus: Et semper recto lapsurus limite cencris. Parias serpens qui semper in cauda ambulat et sulcum facere videtur unde idem Lucanus: quo contentus iter cauda sulcare parias. Boas anguis Ytalie in(m)ensa mole persequitur greges armentorum et bubalos et plurimo lacte riguis se uberibus innectit et sugens interimit atque inde a boum depopulatione boas nomen accepit. Iaculus serpens volans de quo Lucanus: iaculique volucres. Exiliunt enim in arboribus et dum aliquod animal obvium fuerit iactant se super illud et perimunt unde et iaculi dicti sunt. In arabia autem serpentes sunt cum alis que syrene vocantur que plus currunt quam equi sed et volare dicuntur quorum tantum virus est ut morsum eorum mors sequatur quam dolor. Ophites dicta quod colorem harene habet de qua poeta: quam parvis pictus maculis thebanus ophites concolor exustis

atque indiscretos harenis. Seps exiguus serpens qui non solum corpus sed et ossa quoque veneno consumit cuius poeta meminit: sic ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps. Dypsas serpens tante exiguitatis fertur ut calcatus non videatur cuius venenum ante extinguit quam sentiatur facies preventa morte nec tristiciam induat morituri de quo poeta: signiferi iuvenis tyrreni sanguinis auli torta caput retro dipsas calcata momordit. Vix dolor aut sensus dentis fuit. Scaliga serpens est que non videt. Cecula dicta quia parva sit et non habeat oculos. Centipeda a multitudine pedum dicta. Lacertus reptile genus est vocatus ita quia brachia habet. Genera lacertorum plura ut botrax salamandra saura stellio. Botrax dicta quia rane faciem habet. Nam greci ranam botrachum vocant. Salamandra vocata quod contra incendia valet. Cuius inter omnia venenata vis maxima est cetera enim singulos feriunt ista plurimos pariter interimit nam si arbori irrepserit omnia poma inficit veneno et eos qui exinde comederit occidit que etiam si in puteum cadat vis veneni eius potantes interficit. Ista contra incendia repugnans ignes sola animalium extinguit vivit enim in mediis flammis sine dolore et consumptione et non solum quia non uritur sed extinguit incendium. Saura lacertus qui senescit cecantur oculi eius et intrat in foramen parietis aspicientis contra orientem et orto sole intenditur et illuminatur. Stellio de colore inditum nomen habet est enim in tergore pictus lucentibus guttis in modum

stellarum de quo Solinus aptiusque colori
nomen sic varius stellatus corpore guttis
sicut autem scorpionibus adeo contrarius esse dicitur
ut visu eos pavorem stuporis inferat et tor-
porem. Sunt et alia serpentum genera ut ad
modum elephantie comedratontes
Dyascorides Constantinus nominatus taceus mortuum
modo omnes autem serpentes natura sua
frigide sunt non perimunt nisi cum calescunt
nam cum sunt frigide nullum tangunt. Unde
et venena eorum plus die quam nocte no-
cent. Torpet enim noctis algore et merito
quia frigide sunt. Nocturno rore insuper enim
adiuvat vapore corporis gelide pestes
et nimia frigide. Unde et hyeme in nodos
torpent estate solvuntur. Inde est quod dum
cumque veneno serpentum percussi primum ob-
stupescunt et postea in illo ubi ipsum virus
calescens exarserit statim homines extin-
guit. Venenum autem dictum eo quod per venas
pestis eius vegetative corporis aucta
discurrerit et animam exigit. Unde non potest
venenum nocere nisi hominis tetigerit
sanguinem. Lucanus: Nox mortifera serpentum
est admixto sanguine pestis. Omne autem
venenum frigidum est et ideo anima ignea
est fugit venenum frigidum. Cum natura-
libus bonis que nobis et irrationabilibus
animalibus videmus esse communia in natura-
te quibusdam sensus serpens excellit. Un-
de legitur in Genesi: Serpens autem erat sa-
pientior cunctis animantibus terre. Dicit
autem Plinius. Sunt creditur quod serpentis ca-
ca si cum duobus evaserit digitis nichi-
lominus vivit. Unde et totum corpus obiicit
pro capite ferientibus agentibus vivacitas ser-
pentibus est usque ratio in adversum tenent.

nec frustum quod occides non in fronte serpen-
tis intestinis adeo ut vix audiatur cum inspi-
ratur. Sic cursum autem animal in tanta celeritate
lingue motu movet ut serpens adeo ut triplices
linguas habere videatur cum una sit. Serpentum
vitalis corpora adeo ut contigue terris via
humore depinguent. Vestigia serpentum etiam
sunt ut cum pedibus careant videantur costis
tamen et squamarum nexibus per reptant quas
a summo gutture usque ad imum alvum quam
pari modo dispositas habent. Squamis
vero quasi unguibus costis quasi cruribus in-
nituntur. Unde si in qualibet corporis parte
ab alvo usque ad caput ictu aliquo colli-
datur debilis redditur cursu hec non potest
quia ubicumque ille ictus inciderit spinam
solvit per quam costarum pedes et motus
corporis agebat. Serpentes autem annue
senium dicuntur adeo ut deposita vetere
tunica senectute deponere atque in iu-
ventutem redire. Tunice serpentum ex-
uvie vocantur eo quod his quas serpentes
aut exuunt sive quibus exutis iuven-
tutem redeant. Dicitur enim et exuvie
et induvie quia exuuntur et induuntur. Pi-
tagoras dicit de medulla hominis mor-
tui quod in spinam est serpente creata quod etiam
Ovidius in Methamorphoseon libro quinco-
rat dicens sunt qui cum clauso putrefacta
spina sepulcro mutari credant huma-
nas anguine medullas quod credit merito
cuncaude ut sicud per serpentem mors hominis
ita de morte hominis serpens crearetur ac
certum quod hominis modum serpens non sit aucis
Sequitur de vermibus · v · genere

Vermis autem est animal quod plerumque
de carne vel ligno vel de quacumque
re terrena sine ullo concubitu gignitur li-
cet nonnumquam et de ovis nascantur sicut scor-
pio. Sunt autem vermes aut terre aut aque aut
aeris aut carnium aut frondium aut lignorum
aut vestium. Aranea vermis aeris ab aeris
nutrimento cognominata que exiguo cor-
pore longa fila deducit et tele semper intenta
numquam desinit laborare perpetuum sustinens
in sua arte suspendium. Sanguisuga
vermis aquatilis dicta quod sanguinem sugat.
Potantibus enim insidiatur cumque labitur
faucibus vel ubi primum adheserit sanguinem
haurit et cum nimio cruore tumuerit
evomit quod sumpsit ideo ut recentiorem
denuo sugat. Scorpio vermis terrenus
qui potius vermibus ascribitur quam serpentibus animal
armatum aculeo et ex eo grece vocatum
quod caudam figat et arcuato vulnere vene-
na diffundat. Proprium autem est scorpionis
quod manus palmam non feriat. Cantari-
de vermis terrenus qui dum humano corpore
fuerint applicati statim sui adustione
vesicas efficiunt plenas humore. Multi-
pes vermis terrenus dictus ex multitudine
pedum vocatus qui contactus in globum
complicatur nascitur sub petris ex humore
et terra. Limax vermis dictus limus quod
de limo vel in limo nascatur unde et sor-
dida semper et immunda habetur. Bombix
vermis frondium ex cuius textura bombi-
cinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine
ab eo quod evacuetur dum fila generat et
aer solus in ea remanet. Eruca fro-
ndium vermis in olus et in pampino involu-
ta ab erodendo dicta de qua meminit Plau-
tus imitatus nequam bestia et malefica
involutam in pampino implicat se. Videlicet
non ambulat ut locusta ut huc illuc
discurrens semipasta dimittat sed perma-
net pereuntibus frugibus et tardo lapsu
pigris quoque morsu universa consumit. Tere-
donas grece vocantur lignorum vermes quod teren-
do comedat. Hos nos termites di-
cimus. Ita enim apud Latinos ligni ver-
mes vocantur quos tempore importuno cese
gignuntur arbores. Tinea vestimento-
rum vermis dicta quod teneat et eo usque
insidat quo erodat unde et pertinax
quod in eandem rem identidem urgeat.
Vermis carnium cunigneus lubricius
ascaride costi pediculi pulices lendex
tarmus ricinus usia cimex. Cunig-
neus vermis capitis. Lubricus vermis in-
testinorum dictus quasi lubricus quod labitur
vel in lumbis sit. Ascaride costi pedi-
culi vermes cutis a pedibus dicta unde pe-
diculosi dicuntur quibus pediculi dicuntur
in corpore effervescunt. Pulices vero
vocati sunt quod ex pulvere magis nutriantur.
Lendex. Tarmus vermis est lardi. Rici-
nus vermis est canis vocatus eo quod
edit in auribus canum. Ceyros enim grece
canis est. Usia vermis porca appellata
quod urit nam ubi momorderit adeo
locus ardet ut ibi vesica fiat. Cimex
de similitudine cuiusdam herbe vocatus cuius
fetore sit. Grece autem vermis in carne pu-
tri nascitur. Tinea in vestimentis. Eru-

ca in olere cernendo in ligno carinque in lar-
do. Vermis non aptus passibus ut serpens
vel squamarum nexibus repit quia non est
illis spine rigor ut colubris sed in
diversum corpusculi sui partes contrahendo et
tractus contrahendo porrectas motum expli-
cat sicque agitatus perlabitur.

Sequitur de piscibus .vj.

Pisces dicti unde et pecus a pascen-
do scilicet. Reptilia ideo dicuntur que
que natant eo quod reptilia speciem habent
et naturam quamvis in profunda se demergant re-
pant tamen in natando. Unde et David ait
Hoc mare magnum et spatiosum illic rep-
tilia quorum non est numerus. Amphibia sunt
genera quedam piscium dicta eo quod ambulan-
di in terris usum et natandi officium in aquis
habeant. Amphi enim grece utrumque dicitur id est quia
in terris et in aquis vivunt ut foce, coco-
drilli, ypopotami id est equi fluviales.
Pecoribus autem et bestiis et volatilibus
antea homines nomina imposuerunt quam
piscibus quia prius visa et cognita sunt.
Piscium vero paulatim postea cognitis generibus
nomina instituta sunt aut ex similitudine
terrestrium animalium aut ex specie propria sive
moribus seu colore vel figura aut sexu.
Ex similitudine terrestrium ut rane, vituli
et leones et nigri meroli et pavi diver-
so colore et dorso et collo picti et turdi
albo varii et cetera que sibi invicem species
terrestrium animalium nomina vendicaverunt.
Ex moribus terrestrium ut canes in mari
a terrenis canibus nuncupata eo quod mordeant
et lupi quod voracitate insequantur alios pis-
ces. A colore ut umbre quia coloris umbri
sunt et aurata quia in capite auri colorem
habent varii et anchieta que vulgo truitas

vocant. A figura ut orbis quia rotundus est
totus quia in capite constat ut folia ut sunt
adinstar calciamentorum solee. Appellant mus-
culus quod sit balene masculus eius enim co-
itu concepta belua prolificat. Sunt et mus-
culi coclearum quarum lacte concipiunt ostree.
Balena autem est immense magnitudinis
bestia obmittendo et fundendo aquas vocata.
Ceteris enim bestiis maris altius iaciunt
undas. Balena enim grece emittere dicitur. Cete
dce tob kn. tob aut abbre. hoc est
ab immanitate. Sunt enim in genere grandia
beluarum et equalia montium corpora qualis
cetus excepit Ionam cuius alvus tante
magnitudinis fuit ut instar obtineret
inferni dicente propheta: Exaudivit me
de ventre inferi. Equi marini quod pri-
ma parte equi sunt posterior solvuntur in
pisces. Phocas dicunt eos marinos
boves quia boatus. Ceruli a colore
appellati. Nam ceruleum est viride cum nigro
ut est mare. Delphines certum habent vo-
cabulum quod voces hominum sequantur vel quod
ad symphoniam gregatim conveniant. Nichil
in mari velocius istis. Nam plerumque sa-
lientes naves transvolant. Cum autem pre-
ludunt in fluctibus et undarum se molibus
saltu precipitem referunt tempestates
significare videntur. Hii proprie simones no-
minantur. Est et delphinum genus in Nilo
dorso serrato qui cocodrillos teneriores
ventrium secantes interimunt. Porci
marini qui vulgo vocantur suilli quoniam
dum escam querunt more suis terram sub aquis
fodiunt. Circa guttur enim habent oris
officium et nisi rostrum harenis

in mergat pastum non colliget Cornu-
te a more cordis dicte quod gerunt pectore
suaque voce proditi capiuntur Cinni grecum
nomen habent sunt ingrediuntur vere ponto
intrant dextro latere levo exeunt hoc
inde creditur fieri quod dextris oculis acu-
tius videant quam levis Gladius dic-
tus quod rostro mucronato sit ob hoc naves per-
fossas mergit Serra nuncupata quod
serratam cristam habet et subternatans naves
secat Scorpio dictus quod ledit dum ma-
nu tollitur tradunt decem cancris cum
ocimi manipulo alligatis omnes qui ibi
sunt scorpiones ad eum locum congregari Ara-
nea genus piscis dictus quod aure fe-
riat habet enim stimulos quibus percutitur
Cocodrillus a croceo colore dictus gig-
nitur in Nilo animal quadrupes in terra
et in aquis valens longitudine plerumque
xx. cubitorum dentium et unguium immani-
tate armatum tantaque cutis duritia
ut quamvis forti ictus lapidum tergo
repercussos non sentiat nocte in aquis
die humi quiescit ova in terra fovet
masculus et femina vices servant
hunc pisces quidam serratam habentes
cristam tenera ventris secantes inte-
rimunt solus ex animalibus superiorem movet
maxillam Ypotamus dictus quod equo similis
dorso iuba et hinnitu rostro resupina-
to aprinis dentibus cauda tortuosa die
in aquis commoratur nocte segetes de-
pascitur et hunc Nilus gignit Pager
quem greci fagrum nuncupant qui duos
dentes habeat ita ut ostrea in mari
alat Dentrix pro multitudine et granditate
dentium dicitur Lepus a similitudine capitis
nuncupatus lepori ut dicunt et amicitias
appellant in capturam ingeniosum denique
rete circundatus fertur harenas arte cau-
de atque conditus transire rete Mullus
vocatus quod mollis sit atque tenerrimus
cuius cibo tradunt libidinem inhiberi oculo-
rum aciem hebetari homines vero sepe pas-
tos piscem olere mullum in vino neca-
tos hic qui inde biberint vini tedium
habent Mugilus nomen habet quod sit
multum agilis nam ubi dispositas pisca-
torum senserit insidias confestim retrorsum
rediens ita transilit rete ut volare
piscem videas Melanurus eo quod
nigram caudam habeat et pennas nigras
in corpore lineas nigras melan enim
greci nigrum vocant Blancus a colore
dictus quod albus sit grece enim album leu-
con dicunt hic estate rarus apparet
in toto in nebulis Timallus ex flore
nomen accepit tymum quippe flos
appellatur nam cum sit specie gratus et sapo-
re iocundus tamen sicut flos flagrat
et corpore odores aspirat Escarus dictus
eo quod solus escas ruminare videtur
denique alii pisces non ruminant Cre-
ditur enim esse ingeniosum nam in-
clusum nassis non fronte erumpit nec
infestis ictibus caput inserit sed ad
versum crebris ictibus caude laxat
fores atque ita retrorsum redit quem
luctantem si forte eius alius escarus
extrinsecus videat apprehensa mordicus
cauda adiuvat nisus erumpentis
Sparus a lancea missili nomen
accepit quod eius species figure sit consimilis
cum piscis in venta sit quasi marina

nam partes coelum respicientium insignile
ab aspiciendo dictum. Australis piscis sive
quod aquarum undam ore susceperit sive quod
tunc hic piscis oritur quo tempore tendit in
occasum pliades recipiunt. Scamio sancti-
tibus dextra sinistraque lateribus virgulis
puniceis. pectus aliisque discoloribus
designatur. Dictus amio quod non capitur in
hamo. Echeneis parvus et semipedalis
pisciculus nomen sumpsit quod navem adhe-
rendo retineat. ruant licet venti licet saevi-
ant procelle navis tamen quasi radicata in
mari stare videtur nec moveri non reti-
nendo sed tantum adherendo. Hunc latini
moram appellaverunt eo quod cogat stare
navigia. Uranoscopus vocatur ab o-
culo quem in capite habet quo semper super
intendit. Milago vocatur quod evolat
super aquas. quotiens autem videtur extra
aquam volitans tempestates mutari. Squa-
tus dictus quod sit squamis acutis. unde
et eius cute lignum politur. Civitas
Syrie que nunc tyrus dicitur olim sarra
vocabatur a pisce quodam qui illic ab-
undat quem lingua sua sar appellant. ex
quo derivatum est huius similitudinis pis-
ciculos sardas sardinasque vocari. Allec
pisciculus ad aliquorum est salsamento-
rum idoneus unde et nuncupatur. Aforus
pisciculus qui pro exiguitate hamo
capi non potest. Anguille anguis similitu-
do nomen dedit. origo eius ex limo
unde et cum capitur adeo lubrica est ut
quanto fortius presseris tanto citius elab-
itur. ferunt autem orientis fluvium Gangem
anguillam tricenis pedibus gignere. Ang-
uille vino necate qui ex eo bibe-
rint tedium vini habent. Draco
marinus aculeos in branchiis habet ad caudam
spectantes. qui cum percusserit quaqua ferit
venenum fundit. unde et vocatus. Mure-
nam greci myrinam vocant eo quod complicet
se in circulos. hanc femininum tantum sexus
esse tradunt et concipere a serpente. ob id a
piscatoribus tamquam a serpente sibilo evocari
et capi. ictu autem fustis difficile in-
terimi. ferula protinus. animam esse in
cauda manifestum. nam capite percusso
vix causa interimi. cauda statim exanima-
ri. Congrus. polypus idem est quod mul-
tipes. plurimos enim nexus habet. iste in-
geniosus hamum appetens brachiis com-
plectitur morsu nec prius dimittit quam
escam circumroserit. Torpedo vocata eo quod
corpus torpescere faciat si eam quis
viventem tangat. narrat plinius secundus
ex indico mari torpedo etiam procul
et e longinquo ut si hasta virgave tan-
gatur quamvis prevalidos lacertos torpescere
quamlibet ad cursum veloces alligare pedes.
tanta enim vis est eius ut et aura
sui corporis afficiat membra. Sepia dicta
quod sepius intricata difficilius capitur.
in rotundo obscurum genus est cum con-
cepit sicut sepia cuius atramenti tanta
vis ut lucerne addito et ethiopas videri
ablato priore lumine quidam tradant. Lo-
ligo dicitur in oceano mauritanie non
procul a litore semel tantaque multitudine
lolliginum evolare extra aquam ut et naves
demergere possint. Conche et cocle vocate
a causa vocate quod deficiente luna
cavantur id est evacuantur. Omnium enim clauso-
rum maris animalium atque ostrearum in

cremento lune membra cumcrescunt defici-
ente eadem vero in augmento sunt aucti-
ores cum vero in defectum veniunt carnes
minuuntur. Sicut enim phisici dicunt Conche
aut purpure in prandiis nomine et coclee
vero promiscuum conchule conchilarum
natura genera sunt inter que et margarite sunt
petre que celle dicuntur in quarum carne
preciosus calculus solidatur de quibus dicunt
hii qui de animalium scripsere naturis
eo quod nocturno tempore litora appetunt et ex ce-
lesti rore margaritum concipiunt unde et
celo nominatur. Murex est coclea est
maris dicta ab acumine et asperitate que alio
nomine conchilium nominatur propter quod circumcisa ferro
lacrimas purpurei coloris emittat ex
quibus purpura tingitur et inde ostrum ap-
pellatum quod hec tinctura ex teste humore
eligitur. Cancros vocari quod conche sunt
articulatus? inimica ostreis animalia
eorum enim carnibus vivunt miro ingenio.
Nam quia validam testam eius aperire non
possunt explorat quando ostrea clausum tes-
tarum aperiat tunc cancer latens lapillum
inicit atque impedita conclusione ostree
carnes erodit. Tradunt decem cancros
cum ocimi manipulo alligatis omnes qui ibi
sunt scorpiones ad eundem locum convenire.
Duo sunt autem genera cancrorum fluviales
et marini. Ostrea dicta est quod a testa quibus
mollities interior carnis munitur. Greci
testam ostrea vocant ostrea autem neutro
carnes autem femino dicuntur. Musculi ut prediximus
coclee sunt ut premisimus cuius aquarum lacte
concipiunt ostree et dicti musculi quasi mas-
culi. Pellores appellate parvitate sua
sic ubi fundant congruitate sunt enim
cum terras angusta a pede pellori
Ungues a similitudine humanarum unguium dicte.
Testudo dicta eo quod tegmine teste sit
adopertus in camere modum. Sunt autem quat-
tuor genera terrestres marine lutarie id est in ceno
et paludibus viventes quartum genus flu-
viales que in dulci aqua vivunt. Fe-
runt aliqui quod incredibile est tardius
ire navigia testudinis pedem dextrum
vehementia. Echinus a terreno echino no-
men sortitus quem vulgus ericium vocat
huius testula duplex spinis aculeata
in modum castanearum quando ad hoc aperte
de arboribus cadunt caro eius mollis et
minima. Peloris vero nomen dicitur ut tes-
tudo ac peloris et conchilia ut quod
edimus et ubi cavo in est et utrumque dicitur
pelloris. Rane a garrulitate vocate
eo quod circa genitales strepunt paludes
et sonos vocis in pertinacibus clamoribus
reddunt. Ex his quedam aquatice
dicuntur quedam palustres quedam
rubete ob id quod in vepribus vivunt
grandiores cunctis. Alie calamites
vocantur quia inter harundines fruticesque
vivunt minime omnium et viridissime
mute et sine voce. Agredule
rane parve in sicco vel agris morantes
unde et nuncupate. Negant quidam
canes latrare quibus in offa rana vi-
va fuerit data. Spongia a fingere id est
nitidare ut extergere dicta. Afranius
accedo ad te ut te cunctam fingam
linteo et extergam. Ceteris et fugelin
spongis paginas i extergebant. Animal
autem esse docet cruorem inherentem pe-
tris unde et dum abscinditur cruorem
emittit. Nam alia sunt vincta in aquis

et dispergunt ut pisces alie que stant fixe
ut ostree echinus fungie Exossys alias
madas dicta eo quod temerarie se fistule
supponentes alias siccas que in arioribus
fistulis se at pectinis alias durioribus
quas greci appellant tragos et nos histo-
rias dicere possumus ob asperitatem sui mol-
lissimum genus tam penicilli volunt eo
quod apte se adaptent tumoribus et adhe-
dant lippitudinibus utiles. Candide fu-
erunt sunt per estate cum adplexe
fuerint et sicut cera puncta cadorum
bibunt. Animalium omnium nociva in aquis vi-
vencium C. xl. iiii^or. Plinius autem dicit com-
pota in generibus beluarum spectaculum animum et
terre et aque tamen ovorum colorum locusta
rum pelloidum polyporum solearum lacerto-
rum ut lulligo et sunt sepia crocibus
notata quedam natura mutilem ordine
quorum plura cognoscunt quodque vero in suis
locis sine mutatione vagantur. Inpiscibus
aut feminis alie conmixtione masculi con-
cipiunt et pariunt catulos alie pariuntur
ova sine masculi commixtione suscepta que
idem in pisces sui feminis lacte perfun-
duntur et que hec minime perfusa fuerint ad
fetum generabilia fiunt quod perfusa non
fuerint sterilia pepererat atque putrescunt

Sequitur de avibus viij.

Avium nomine avium est genus
diversum nam sicut specie sic differe-
runt ita et nature diversitate. Nam alie
sunt simplices ut columbe alie astute ut
perdix alie ad manum se subiciunt ut
accipiter alie reformidant ut garamantes
alie hominum delectantur conversatione ut hy-
rundo alie in desertis secretam vitam diligunt
ut turtur alie ipso solo semine pascuntur
ut anser alie carnibus vescuntur et rapinis
intendunt ut milvus alie in tunc que ma-
net in locis ut corvi alie advenientes que
propriis temporibus veniunt ut ciconie et hiru-
dines alie congregate idem gregatim ut stur-
nus et coturnices alie solivage id est
solitarie propter insidias deprehendendi ut
aquila accipiter et quecumque ita sunt alie
vocibus strepunt ut hyrundo alie can-
tus edunt dulcissimos ut cygnus et
merula alie verba et voces hominum imitantur
ut psitacus et pica sed et alie sunt
genere ita et moribus innumerabiles.
Nam volucres quanta genera sint invenire
quemquam non posse neque enim omnes
Indie aut Ethiopie aut Scithie deserta
quis penetrare potuit quod earum genera
et differentias nosset. Aves dicte quod
vias certas non habent sed per avia queque
discurrunt. Alites quod alte alta pete-
dunt et ad sublimia alarum remigio con-
scendunt. Volucres a volando nam
inde volare et inde ambulare dicimus vola
enim media dicitur pars pedis sive manus et
manibus media pars alarum quarum motu
penne agitantur unde volucres. Pulli
dicuntur omnium avium nati sed et animalium quadru-
pedum nati pulli dicuntur et homo parvus pul-
lus vocatur. Ideo igitur nati pulli dicuntur eo quod
polluti sunt unde et vestis nigra pulla dicitur.
Penne a pendendo dicte sunt id est volando. Alie sunt in avibus pe-
ne pondere fixe volandi compositis
usum voltate aut alie que tanquam operculas
aves alant ac foveant pullos in penna
a pendendo id est volando dicta unde et prede
volucres in pennarum auxilio moventur

quam aeri incedat. Pluma est piluma
nam sicut pili in quadrupedum corpore ita
pluma in avibus. Avium nomina multa a sono
vocis constat esse composita ut grus corvus
cignus pavo milvus ulula cuculus graculus
et cetera. Varietas enim vocis eorum docuit
homines quid nominarentur. Aquila ab acumine
oculorum vocata. Tanti enim contuitus esse dicitur ut
cum super maria immobili penna feratur nec
humanis pateat obtutibus de tanta sublimi-
tate pisciculos natare videat ac tormenti
instar descendens rapta predam pennis ad
litus pertrahat. Nam et contra radium solis
fertur obtutum non flectere. Unde et pullos
suos radiis solis ungue suspensos ob-
icit et quos viderit immobilem tenere
aciem ut dignos genere conservat. Si quis
vero inflexerit obtutum quasi degeneres ab-
icit. Vultur a volatu tardo nominatus
putatur. Magnitudine quippe corporis prepe-
tes volatus non habent. Horum quasdam
dicunt concubitu non misceri et sine cul-
pa concipere et generare natosque eorum usque
ad centum pene annos produci. Vultures
autem sicut et aquile etiam ultra maria
cadavera sentiunt. Altius quippe vola-
tes multa que montium obscuritate celantur
ex alto illi conspiciunt. Gradipes apud
grecos vocatur avis apud nos tarda eo
quod gravi volatu detenta nequaquam ut cetere
volucres attollitur velocitate pennarum.
Grues nomen de propria voce sumpserunt
tali enim sono susurrant. Hee autem dum
pergunt unam sequuntur ordine litterato
de quibus Lucanus et turbata perit dispersis
littera pennis. Excelsa autem petunt quo facilius

videant quas petant terras. Castigat autem
voce que cogit agmine. Ubi raucescit
succedit alia. Nocte autem excubias dividunt
et ordine vigilantium vices faciunt tenen-
tes lapillos suspensos digitis quibus sop-
nos arguant. Quid cavendum est clamore
indicant. Etatem illarum color prodit nam
senectute nigrescunt. Ciconie vocate a
sono quo crepitant quasi cicanie. Quem son-
um oris esse potius constat quam vocis quia eum qua-
tiente rostro faciunt. Hee veris nuntie
societatis comites serpentium hostes. Ma-
ria transvolant et in Asiam collecto agmine
pergunt. Cornices duces eas precedunt
et ipse eas quasi duces precedunt exercitus
prosequuntur. Eximia illis circa pullos pietas
nam adeo nidos impensius fovent ut
assiduo incubitu plumas exuant. Quantum
enim tempus impenderint in fetibus et tan-
tum et ipse invicem a pullis suis aluntur.
Olor avis est quam greci cignum vocant. Olor
autem dictus quod sit totus albis plumis
nullus enim vel meminit cignum nigrum
olos enim totum dicitur. Cignus autem a canendo
est appellatus eo quod carminis dulcedinem
modulatis vocibus fundit. Ideo autem
suaviter eum canere dicunt quia collum longum
et inflexum et varias reddat modula-
tiones. Ferunt in hyperboreis partibus pre-
canentibus citharedis olores plurimos
advolare apteque admodum concinere.
Olores autem latinum nomen est nam
grece cigni dicuntur. Naute vero sibi hunc
bonum prognosticum facere dicunt sicut Emi-
lius ait cignus in auspiciis semper letis-
simus ales hunc optant naute quia non

se mergit in undis. Strucio greco nomine
dicitur quia amat solitudinem. Avis pennas habere
videtur tamen de terra altius non elevatur. Ova
sua fovere negligit sed proiecta tantummodo fotu
pulveris animantur. Ardea vocata quasi ardua
id est per altos volatus. Timidus quippe supra
volare ardea formidat enim imbres
et super nubes evolat ut procellas nubium
sentire non possit. Cum autem altius vola-
verit significat tempestatem. Hanc autem multi
tantalum nominant. Fenix Arabie avis
dicta quod feniceum colorem habeat vel quod sit in
toto orbe singularis et unica. Nam Arabes
singularitatem fenicem vocant. Hec quingentos et
ultra annos vivens dum se viderit se-
nuisse collectis aromatum virgultis
rogum sibi instruit et conversa ad radium
solis alarum plausu voluntarium sibi ince-
ndium nutrit seque iterum de cineribus suis
resurgit. Cinnamolgus et ipsa Arabie
avis procedere ita vocata quod in excelsis
nemoribus texit nidos ex fructibus cinna-
mi et quia non possunt illuc homines conscen-
dere propter ramorum altitudinem et fragilitatem
eosdem nidos plumbatis appetunt iaculis
ac sic cinnamama illa deponunt et pretiis
amplioribus vendunt eo quod cinnamomum
magis quam mercatores probant. Psitacus
in Indie litoribus gignitur colore viridi
torque puniceo grandi lingua et ceteris
avibus latiore. Unde et articulata verba
exprimit ita ut si eam non videris ho-
minem loqui putes. Ex natura autem sa-
lutat dicens have vel chere. Cetera nomina
institutione discit. Psitacus avibus aliorum
nomina discit ut didicit primo dicere Cesa-
re. Alcyon pelagi volucris dicta quasi

alcyonea eo quod in stagnis hyeme oceani
nidos faciat pullosque educat. Qua excuba-
te fertur extentis equoreis pelagus silentibus
ventis continua septem dierum tranquillitate
mitescere et eius fetibus educandis obsequi-
um ipsa rerum natura prebere. Pellicanus
avis egyptia habitans in solitudine Nili
fluminis unde et nomen accepit. Nam canopos
Egyptus dicitur. Fertur si verum est eam occidere
natos suos eosque lugere per triduum deinde
se ipsam vulnerare et aspersione sui san-
guinis vivificare filios. Stymphalides aves
a Stymphalidibus insulis appellate ubi pluri-
mum habundant adversus quas Hercules e-
sus sagittis fertur. Cum pelagi volucres
in insulis habitent. Diomedias aves a
sociis Diomedis appellatas quos ferunt
fabule in easdem volucres fuisse conversos.
Forma fulice similes magnitudine cignorum
colore candido duris et grandibus rostris.
Sunt autem circa Apuliam in insula Diomedia
inter scopulos et saxa volitantes iudicant
inter suos et advenas. Nam si Grecus est
propius accedunt et blandiuntur si alienige-
na morsu impugnant et vulnerant ut la-
crimosis quasi vocibus dolentes vel suam
mutationem vel regis interitum. Nam Dio-
medes ab Illyriis interemptus est. Hec
autem aves latine Diomedie nuncupantur
greci eas herodias dicunt. Memno-
nides aves Egypti appellate a loco ubi
Memnon periit. Nam catervatim advolare
dicuntur ex Egypto ad Ilium iuxta Memnonis
sepulchrum et proinde Ilienses Memno-
nidas eas vocant. Quinto autem anno ad
Ilium veniunt et cum biduo circumvolaverint

tria die menses purgant. Vehementissime ungu-
ibus rostrisque dilacerat. Hercinie aves
dicte ab Hercinio saltu Germanie, ubi nascuntur,
quarum penne adeo per obscurum emicant
ut quamvis nox sit obtecta densis tene-
bris ad presidium luminis dirigendi proiecte
mox luceant cursus quia pateat via indicio
plumarum fulgentium. Onocrotalorum genera
sunt longo rostro quarum duo sunt genera
unum aquatile aliud solitudinis. Ibis avis
Nili fluminis que semetipsam purgat ros-
tro in anum aquam fundens. Hec serpentium
ova depascitur gratissimamque ex eis escam
nidis suis deportans. Merops eosdem
quos et gaulos qui parentes suos re-
condere atque alere dicuntur. Coredulus quasi
volatile quasi cor edens. Monedula
avis quasi monetula quia cum aurum invenit
aufert et occultat. Cicero pro Valerio
Flacco: non plus aurum tibi quam monedule
committendum. Vespertilio pro re nomen acce-
pit eo quod lucem fugiens crepusculo ves-
pertino circumvolet pauperi motu acta et te-
nuissimis brachiorum membris suspensa.
Animal murium simile non tam voce reso-
nans quam stridore. Species quasi volatilis
sunt et quadrupes quod in aliis animalibus
reperire non solet. Luscinia avis inde
nomen accepit quia cantu suo significare
solet diei surgentis exortum quasi lucinia
candens et acredula de qua Cicero in pro-
gnosticis et matutinos exercet acredula
cantus. Ulula avis ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν
id est a planctu et luctu nominata. Cum enim cla-
mat aut fletum imitatur aut gemitum.
Unde et apud augures si lamentetur

fert tristiciam, si taceat, fert prosperitatem.
Bubo a sono vocis compositum nomen habet,
avis feralis onusta quidem plumis
sed gravi semper detenta pigricia in sepulchris
die noctuque versatur et semper commorans in
cavernis. De qua Ovidius: Fedaque fit vo-
lucris venturi nuncia luctus, ignavus
bubo, dirum mortalibus omen. Denique
apud augures malum portendere fertur.
Illa autem in orbe visa fuit solitudinem
significare dicitur. Noctua dicta pro eo quod
nocte circumvolat et per diem non possit
videre. Nam exorto sole visus illius he-
betatur. Haut autem insula Creta si non
habet et si veniat aliunde statim moritur.
Noctua autem non est bubo, nam bubo est
maior. Nicticorax ipsa noctua
quia noctem amat. Est enim avis lucifuga et
solem videre non patitur. Strix noctur-
na avis habens nomen de sono vocis
quando enim clamat stridet. De qua Lucanus:
quod trepidus bubo, quod strix nocturna
querunt. Hec avis vulgo amma dicitur ab aman-
do parvulos unde et lac prebere fertur nas-
centibus. Corvus sive corax nomen
accepit a sono gutturis quod voce coraci-
net. Fertur hec avis quod editis pullis
escam non plene prebeat antequam in
eis pennarum nigredine similitudinem
sui coloris agnoscat. Postquam vero eos
tetris plumis aspexerit in toto agni-
tos habundancius pascit. Hic prior
in cadaveribus oculorum petit loca. Cornix
annosa avis apud Latinos Greco
nomine appellatur, quam aiunt augures
hominum curas significationibus agere

insidias vias monstrare futura predicere
¶ Magnum nephas sic credere ut deus
consilia sua cornicibus mandet. Inter
multa auspicia tradunt ut cauda plumas
pendat vocibus unde est illud Tunc cor-
nix plena pluviam vocat improba voce
Graculos a garrulitate nuncupatas no-
lunt quidem eo quod gregatim vo-
lent cum sit manifestum ex voce eos
nuncupari. Est enim loquacissimum genus
et volucribus importunum. Pica quasi poetica
quod verba in discrimine vocis exprimat
ut homo per ramos enim arborum pen-
dula carum importune garrulitate so-
nantes et si linguas in sermone nequiunt
explicare sonum tamen humane vocis imi-
tantur. Deinde congrue quidam ait Pica
loquax certa dominum te voce saluto si
me nunquam videas esse negabis avem
Picus a pico saturni filio nomen sump-
sit eo quod in eo in auspiciis utebantur. Ha-
bent enim hanc avem quidam sic divinum
illo indicio quod in quacumque arbore nidi-
ficavit clavum ut quidquid aliud fixum
diu inherere non potest quin statim excidat
ut ea exciderit iste est picus marti-
us alia est pica. Pavo nomen a so-
no vocis sumpsit cuius caro tam dura
est ut putredine vix sentiat nec
facile coquatur. De quo quidam sic ait
Miraris quotiens gemmantes expli-
cat alas si potes hunc tradere dure
coquo. Fasianus a Fasiana insula gre-
cie unde primum asportatus est appellatus
Testatur idem vetus dictio illud Argiva
primo sum transportata karina ante
michi notum nil nisi Phasis erat. Gal-

lus a castratione vocatus inter ceteras e-
nim aves hic solus testiculis adimitur. Veteres
enim abscisos gallos vocabant. Sicud autem
a leone leena et a dracone dracena ita
a gallo gallina cuius membra ut ferunt
quidam si auro liquescenti misceantur co-
sumunt. Anas ab assiduitate natandi
aptum nomen accepit ex qua quedam
[illegible] dicitur quod plus ceteris nutriat
Anseris nomen anas dedit per similitudinem
vel a similitudine vel quod iure natandi habeat
consuetudine. Iste vigilias noctis ca-
ntis assiduitate testatur. Nullum autem
animal ita odorem hominis sentit ut
anser unde illius clangore gallorum ascen-
sus in capitolio deprehensus est. Fulica
dicta eo quod carne leporina sapiat
lagos id est lepus dicitur unde et apud gre-
cos lagus vocatur. Est autem avis stag-
nensis habens nidum in medio aque vel
in petris quos circumdant maritimos
et delectatur profundo et dum tempestatem
presenserit fugiens in vadis ludit. Mer-
gulus ab assiduitate mergendi nomen
accepit. Ipse autem demisso in profundum
capite auratum signa sub fluctibus col-
ligunt et providentes equoris tempestatem
in ad litora clamorem tendunt. Nam
in pelago gravissima esse tempestate ad
ad litora confugierit inquietum est
¶ Accipiter avis plus armata quam
unguibus virtutem maiorem in minore
corpore gestans sic ab accipiendo id est
accipiendo nomen sumpsit. Est enim capi-
endis avibus aliis avibus avida ideo
vocatur accipiter id est raptor unde et Paulus

ap(osto)l(u)s dicit sustinetis enim si quis vos
accipit dicendum dicat si quis rapit dicit
si quis accipit. Ferunt autem accipitres
suos pullos suos impios esse. Nam
dum viderit eos temptare posse volatus
nullam eis prebent escam sed verberant pe-
nnis et a nido precipitant atque a teneris
compellunt ad predam ne forte adulti pi-
grescant. Capus italica lingua dicitur a-
capiendo. hunc nostri falconem vocant eo
quod incurvis digitis sit. Milvus autem
mollis est viribus et volatu quasi mollis avis
unde et nuncupatus rapax semper et
quod domesticis avibus insidiatur. Ossi-
fragus vulgo appellatur qui ossa oblata
dimittit et frangit unde et a frangendo
ossa nomen accipit. Turtur a voce no-
men accipit avis pudica et semper in mon-
tium iugis et in desertis solitudinibus commorans
tecta enim hominum et conversationem fugit et
commoratur in silvis. Hieme deplumata
in truncis arborum cavis habitare perhi-
betur. Contrario columba hospitia hu-
mana diligit domorum blanda semper habita-
trix. Columbe dicte quod earum colla ad
singulas conversiones colores mutent
aves mansuete et in hominum multitudine
conversantes ac sine felle quas antiqui
venerias nuncupabant eo quod nidos
frequentent et osculo amorem concipiant.
Palumbes eo quod sint pace a pabulo
quas vulgus tuticas vocat. Turtur
avis casta cognominibus appellatur quod comes
castitatis sit. Nam dicitur quod amisso corpora-
li consortio solitaria incedit nec carna-
lem copulam ulterius requirat. Perdix de

voce nomen sumpsit avis dolosa atque immunda
nam masculus in masculum insurgit et ob-
liviscitur sexum libido precipitat adeo autem
fraudulenta ut alteri ova diripiens foveat
sed fraus fructum non habet. Denique dum pul-
li sunt voce genitricis audita naturalia
quodam instinctu hanc que fovet relin-
quunt et ad hanc que genuit revertuntur.
Coturnices a sono vocis dicte quas greci
ortigias dicunt eo quod vise fuerint primum
in insula Ortigia. hec advenarum habent tempora nam
estate deposita maria transvolant. Orti-
gometra dicitur que gregem ducit cum terra
appropinquante terre accipiter videns rapit
et propterea cura est omnibus ducem sollicitare
generis externi per quem caveant prima dis-
crimina. Cibus gratissimus eis semina ve-
nenorum quam ob causam eas veteres vetiter
interdixerunt. solum enim hoc animal sicut
et homo caducum patitur morbum. Upu-
pam greci appellant eo quod stercora humana considit
et fetido pascatur fimo avis spurcissima
capite cristis extantibus galeata semper in sepulcris
et humano stercore commorans cuius sanguine
se quis perunxerit dormiturus vigiles
demones se suffocantes videbit. Cuculi
quos hispani cuculos vocant de voce
sua nominatus hi tempore certo veniunt
quod milvorum scapulis suscepti propter exi-
guos et parvos volatus ne prolixo aeris
spatio fatigati deficiant. Horum saliva
cicadas gignit. Ova passeris nido sup-
posita comedit ea et sua obicit que
ab illis suscepta et fovet et nutrit. Pas-
seres sunt minuta volatilia a parvitate vocata
unde et parvuli et pueri. Merula an-
tiquitus medula vocabatur eo quod

modulet. Alii merulam autem vocatam quod
sola volat quasi mera volans. Hec cum in
omnibus locis nigra est, in achaya candida est.
Hyrundo dicta quod cibos non sumat residens
sed in aere capiat escas et edat. Garrula
avis et per tortuosos orbes et flexuosos
circuitus provolans et undique instruendis
educandisque fetibus solertissima sentiens
etiam quedam presentim quod lapsura deserat
ut appetat culmina. avibus quoque ambz
non impeditur ut preda est maria transvolat
ibique hyeme commoratur. Turdus dictus a
tarditate hyemis cum se inferunt confi-
nio. Turdela quasi maior turdus cuius
stercore viscum generari putatur. Unde et
proverbium apud antiquos erat malum sibi
avis cacat. Furzo vocatur quod farre
in farina redacto pascitur. Ficedule
quod ficus magis edat. Plaudit vernaculo
illo versu cum me ficus alat cum pascar
dulcibus uvis cur potius nomen non
dedit uva michi. Carduelus quod spinis
et carduis pascitur. Unde et apud grecos
acanthis dicta est ab acanthis id est spinis
quibus alitur. Auguries autem dicunt et
in gestu et in motu et in volatu et in voce
avium signa esse constituta. Oscines
aves vocat que ore cantuque auspi-
cium faciunt ut corvus cornix picus.
Alites que volatu audent futura vide-
que adverse sunt inhibe dicuntur quos
inhibeant id est vetent aliquid fieri. Prepetes
et ideo prepetes quod omnes priora petunt
volantes. Tertiam faciunt speciem duo-
rum mixtura qui quedam voce coniunctum
permixtum id est cum aves voce et volatu
auguria faciunt sed fides non sit.
Omnium autem genera volucrum bis nascuntur.
Primum enim ova gignuntur inde calore
materni corporis formantur et animantur. Ova
autem dicta quod sint umida. Unde et uva
eo quod interius humore sit plena. Na-
humidum esse quod exterius humorem, sed uvidum
quod interius. Ovorum autem putant quidam
grecam habere originem nominis. Illi enim sa-
dicunt v. littera ablata. Ova autem quedam
in ani vento concipiuntur, sed non sunt genera-
bilia nisi que fuerint concubitu mascu-
lino concepta et seminali spiritu penetrata.
Ovorum tantam vim dicunt ut lignum perfu-
sum non ardeat ac ne vestis quidem
que aduruntur admixta quoque calce
glutinare feruntur vitri fragmenta.

De minutis volantibus. viii.

a Apes dicte vel quod se pedibus in-
vicem alligent vel pro eo quod sine
pedibus nascantur. Nam postea et pedes
et pennas accipiunt. Hec sollertes generandi
mellis officio assignatas incolunt se-
des domicilia inenarrabili arte compo-
nunt et variis floribus favum condunt
textisque ceris innumera prole castra
replent exercitum et reges habent prelia
movent fumum fugiunt tumultu ex-
asperantur. Has plerique experti sunt de
boum cadaveribus nasci nam pro eandis
vitulorum occisorum carnes verberantur
ut ex putrefacto cruore vermes procreentur
qui postea efficiuntur apes. Proprie tamen
apes vocantur orte de bubus sicut
crabrones de equis, fuci de mulis,
vespe de asinis. Custrones greci appel-
lant qui in extremis partibus favorum
maiores creant et quos antiqui reges
putant dicta quod castra ducant. Fucus

ep maior ape scrabrone minor. Deus
aut fucus qui alienos labores edit qui
fagus depascitur cui qui non laborat dicitur
Virgilius ignavum fucos pecus a presepibus
arcet. Et ipsi scabrones vocantur a cabo
i. caballo quia ex ipsis oriuntur sicut et
scabrones nascuntur de carnibus equorum
putridis ita ex ipsis item sepe nascuntur
scarabei unde et cognominati sunt. Tauri
vocantur scarabei terrestres cornibus similes
Buprestis animal parvum in italia scilicet maxime
scarabeo longipedi fallit inter herbas
maxime boves unde et nomen est devorato
quia tacto felle ita inflamat ut rumpat.
Cicendula scarabeorum genus est eo quod
gradiens aut volans lucet. Blacte a co-
lore intemperate sequuntur et comprehense ma-
num tingunt unde et blatteum colorem
dicitur. Hec autem animal lucem videre non
patitur contrarium musce nam musca lucem ap-
petit et blacta lucifuga est pinolesta cam-
eram ambulat. Papiliones avicule sunt
que maxime habundant floribus mal-
vis quorum vermiculos sordes suo faciunt
nata locusta quorum pedibus sicut longe
velud hasta unde et eam greci terra mari-
timam quam terrestrem asstagon appellant
Cicades ex culicibus nascuntur sputo hec
in italia apud reginos mitos sunt nec
usquam alibi. Et musca ex greco venit sed
et minus hec sicut et apes in aqua necate
aliquociens post unius hore spacium revi-
viscunt. Cynomia a greco vocatur musca
canina nam cenos grece canis dicitur. Culex
ab aculeo dictus quia sanguinem sugat sed
cum in ore fistulam in modum stimuli qui
carnem terebrat ut sanguinem bibat

Sciniphes musce minutissime sunt acu-
leis pinolestissime qua tertia plaga super-
bus egiptiorum populus cesus est. Oestrus a-
mal armatis aculeis pinolestum est
oestrum autem grece est qui latine a plerisque
vulgo tabanus vocatur. Bibiones sunt
qui in vino nascuntur quos vulgo
mustiones a musto appellant unde a-
fronius. Cum dixe expectas et simula-
te incipis cede i. occide tunc bibiones
i. vocat Sanguisuga dicitur quia pene nichil
aliud est nisi guttur

Explicit liber duodecimus

Incipiunt capitula libri tredecimi

De diluviis xxii·

Incipit liber tredecimus

In hoc vero libello qui in quadam brevi tabula quasdam celi causas situsque terrarum et maris spacia annotavimus, ut in modico tempore eam percurrat et compendiosa brevitate ethymologias eorum causasque cognoscat.

De mundo i

Mundus est celum terra mare et que in his sunt opera dei, de quo dicitur et mundus per ipsum factus est. Mundus latine appellatus dicitur quod in perpetuo motu sit, ut celum sol et luna aer maria. Nulla enim requies eius elementis concessa est, ideoque semper in motu est. Unde et auctori Varroni videntur elementa quasi per semet ipsa inquieta moveri. Greci vero nomen mundo de ornamento accommodaverunt pro diversitate elementorum et pulchritudine siderum. Appellatur enim cosmos apud eos quod significat ornamentum. Nichil enim mundo pulchrius carnis aspicimus oculis. Quatuor autem sunt climata mundi, id est plagas: orientem, occidentem, septentrionem et meridiem. Oriens ab ortu solis est nuncupatus; occidens quod diem faciat occidere atque interire. Abscondit enim lumen mundo et tenebras superinducit. Septentrio autem a septem stellis axis vocatur que in ipso revolute rotantur. Hic proprie et vertex dicitur eo quod vertitur sicut porta aut vertitur intra celum. Meridies vel quia ibi sol facit medium diem quasi medidies, vel quia tunc purius micat ether. Merum enim purum dicitur. Ianue due sunt celi, oriens et occasus; nam una porta sol procedit, alia se recipit. Cardines vero mundi duo, septentrio et meridies, in quibus volvitur celum.

De athomis ii

Athomos philosophi vocant quasdam in mundo corporum partes tam minutissimas ut nec visui pateant nec athomum, id est sectionem, recipiant, unde et athomi dicti sunt. Hii per inane totius mundi inquietis motibus volitare et huc atque illuc ferri dicuntur, sicut tenuissimi pulveres qui infusi per fenestras radiis solis videntur. Ex his arbores et herbas et fruges omnes oriri, ex his ignem et aquam et universa gigni atque constare quidam philosophi gentium putaverunt. Sunt autem athomi aut in corpore aut in tempore aut in numero. In corpore ut lapis: dividis eum in partes et partes dividis in grana velut sunt harene, rursusque ipsa harene grana divide in minutissimum pulverem, donec pervenias si possis ad aliquam minutiam que dividi iam vel secari non possit. Hic est athomus in corporibus. In tempore vero sic intelligitur athomus: annum verbi gratia dividis in menses, menses in dies, dies in horas; adhuc partes horarum admittunt divisionem quousque venias ad tantum temporis punctum et quandam momenti stillam ut per nullam morulam possit extendi, et ideo iam dividi non potest. Hic est athomus temporis. In numeris ut puta octo dividuntur in quatuor, rursus quatuor in duo, deinde duo in unum. Unus autem athomus est, quia insecabilis est. Sic et littera: nam orationem dividis in verba, verba in sillabas, sillabas in litteras. Littera pars minima athomus est, nec dividi potest. Athomus ergo est quod dividi non potest, ut in geometria punctus. Nam thomus grece

grece diuisio latine indiuisio

Sequitur de elementis iii

Ylen greci quandam primam materiam dicunt nullo prorsus modo formatam sed omnium corporalium formarum capacem ex qua visibilia hec elementa formata sunt unde et ex eius diriuatione vocabulum acceperunt hanc ylen latini materiam appellauerunt ideo quia omne informe unde aliquid faciendum est semper materia nuncupatur. Unde et eam poete siluam nominauerunt nec incongrue quia materie silue sunt. Greci autem elementa vocant stoicheas eo quod sibi societatis concordia et communione quadam conueniant nam sicud ea inter se quadam naturali racione dicuntur iuncta ut modo ad originem ab igne recurrentes usque ad terram modo a terra usque ad ignem ut ignis quidem desinat aer in aqua densetur aqua in terram crassescat rursusque terra diluatur in aquam aqua rarescat in aerem aer in ignem extenuetur. Quapropter omnia elementa omnibus inesse sed unumquodque eorum ex eo amplius habet accepisse vocabulum sunt autem diuina prouidencia propriis animantibus distributa nam celum angelis aerem volucribus mare piscibus terram hominibus ceterisque animantibus creator ipse impleuit

Sequitur de celo iiii

Celum vocatum eo quod tanquam vas celatum impressa lumina habeat stellarum velut signa nam celatum dicitur vas quod signis eminencioribus refulget. Distinxit enim eum deus claris luminibus et impleuit sole scilicet et lune orbe fulgenti et astrorum micantium splendentibus signis adornauit alias superiora celando. Hoc autem grece uranus dicitur anazia patia id est a videndo eo quod aer perspicuus sit et ad speculandum purior. Celum autem in scripturis sacris firmamentum appellatum eo quod sit cursu siderum et ratis legibus fixus quod firmamentum. Interdum et celum et pro aere accipitur ubi venti et nubes et procelle et turbines fiunt unde Lucrecius celum quod dicitur aer et psalmus volucres celi appellat cum manifestum sit aues in aere volare et nos in consuetudine sic aerem celum appellamus nam cum de sereno aut nubilo querimus aliquando dicimus qualis est aer aliquando quale

De partibus celi. e celum

Ether locus est in quo sydera sunt et significat eum ignem qui a toto mundo in altum separatus est. Hanc etiam esse ignis elementum ethera vel splendor etheris et est summo gradus. Sphera celi dicta eo quod species eius in rotundum formata est et quandoque celum est volubilitate sphera dicta sicud et pile quibus ludunt infantes nam philosophi dicunt celum in spere figuram undique esse conuexum omnibus esse equalem concludentem terram in media mundi mole libratam. Hunc moueri dicunt et cum motu eius sidera in eo fixa ab oriente usque ad occasum circuire septentrionibus breuiores giros iuxta cardinem peragentibus. Axis est septentrionis recta linea que per mediam pilam sphere tendit et dicta axis quia in eo spera rota voluitur ut currus ubi plaustri. Cardines celi extreme sunt partes axis et dicta cardines eo quod per eum voluitur celum

Poli sunt circuli qui cingunt paxem horum alter est septentrionalis qui nunquam occidit appellatur et arcticus alter australis qui nunquam videtur et antarcticus nunquam est dextera celi altior sunt propria australi connexa extrema celi sunt circumitate dicta nam que circuli cingunt est et inclinata et in modum circumflexum lacteus circulus est que in ipsa videtur candore dicta quia alba est quam aliqui dicunt viam esse qui cernit sol et ex splendoris ipsius transitu ita lucere

De circulis celi · vi ·

Habitacio ipsa celi circulorum distincta zonis quasdam tempore sua partes incoli permisit quasdam negant enormitate frigoris vel caloris zone autem ipse quinque sunt que ideo zone vel circuli appellantur eo quod in circumductione sphere existunt Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur eo quod intra eum arcturi signa inclusa perspiciuntur que a nobis morantur et semper sicca septentriones appellantur Secundus circulus est estivus tropicus vel quod in eo circulo sol aquilonis finibus estate facit ultra eum circulum non transeat sed statim revertitur et inde tropicus appellatur Tercius circulus hymerinus qui a latinis ideo equinoctialis appellatur eo quod sol cum ad orbem pervenit equinoctium facit hymerinus enim latine vel quod nox est circulo dimidia pars sphere constituta perspicitur Quartus circulus antarcticus vocatur eo quod contrarius sit circulo qui arcticon nominatus Quintus circulus hymerinus tropicus qui a latinis hyemalis

sive brumalis appellatur ideo quia sol cum ad eum locum pervenit hyeme facit quia austeri partibus quomodo zodiacus autem est

Sequitur de aere vii sculus est

a Aer est inanitas plurimum habens raritatis admixtum quam cetera elementa de quo Virgilius longum permanet Aer dictus ab eo quod ferat terram vel ab eo quod feratur hic autem proprie ad terrenam partem pertinet non ad celestem materiam pertinet nam ille subtilis ubi ventorum ac procellarum motus non possunt existere ad celestem partem pertinet Iste vero turbulentior qui exalationibus humidis corporum sit ut demutatur quibus exemplis multas species reddit Nam commotos ventos facit vehementius concitatus ignes et tonitrua concitus nubila conspissatus pluvias congelatus dein spissioribus nubibus grandines desperatus serenum efficit Nam aerem densum nubes esse nubes rarus serenum et solutum aerem nubes vel obumbrando i aperiendo celum unde et Iuppiter quod velut suos velet vel et Neptunus quod nubilat in terram inde tegat nubes aut aeris densitas fiunt Venti enim aerem conglobant nubesque faciunt unde et illud atque in nubes cogitur aer Tonitruum dictum eo quod sonus eius terreat nam tonus sonus dicunt qui ideo interdum tam graviter concutit omnia ut celum discississe videatur quia cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit

turbine invalescente exituque querente
nubem quam excavavit impetu magno
perscindit ac sic cum horrendo fragore de-
fertur ad aures quod mirari quis non de-
beat cum vesica quamvis parva magnum
tamen sonitum displosa emittat. Cum toni-
truo autem simul et fulgura exprimun-
tur sed illud celerius videtur quia clarum est
hoc autem ad aures tardius pervenire.
Lux autem que apparet ante tonitruum
fulgetra vocatur que ut diximus io
ante videtur quia clarum et lumine tonit-
ruum autem ad aures tardius pervenit.
Fulgur et fulmen ictus celestis iacti
a feriendo dicti fulgere non ferire est atque
pertinere. Fulmina autem collisa nimia
faciunt nam omnia rerum collisio ig-
nem creat ut in lapidibus vel attritu
rotarum vel in silvis arborum. Sic et-
iam in nubibus ignis unde et prius
nubila sunt deinde ignis. Excutit autem
et ignem fulmina in nubibus si et a pulsu
ventorum emitti. Ideo autem fulmina ignem
vim habere maiorem ad penetrandum quia
subtilioribus elementis factus est quam in-
de qui nobis in usu est. Certa autem
sunt eius nomina fulgus fulgur quod
incendit fulmen. Fulgus quod tangit
fulgur quod incendit et urit fulmen
quod findit. Ideo et cum telum radiis
fingitur. Arcus celestis dictus a simili-
tudine arcus curvati. Iris autem
proprium nomen est et dicta iris quasi aeris
quia per aera ad terras descendit. Fit
autem a sole resplendente dum tamen nu-
bes exadverso radium solis accipiunt
et arcus speciem fingunt cum varios

colores illa dat terris quia aqua tenuis aer
lucidus et nubes caligates irradiata
in varios generat colores. Pluvie
dicte quia fluant quasi fluvie nascuntur enim
de terre et maris exhalatione que cum altius
elevate fuerint aut solis calore resolu-
te aut ventorum vi compresse stillantur in
terras. Nimbus est densitas nubis
intempesta et obscura et inde nimbus
a nube est autem imber impetuose et pre-
cipites pluvie nam pluvias vocamus
lentes et iuges que fluctus limbres
aut et ad nubes et ad pluvias pertinet
dicta greco vocabulo quod terram inebriet ad
germinandum ex quibus cuncta generantur
herbe et arbores. Exigui terra atque aqua
nascuntur et umbri est autem nomen grecum
Grando appellata quia forma eius granorum
similitudinem habeat. Nix autem ventorum
rigore duratur ac in nube solidatur
et inde rupto quasi de solvitur. In niv-
ibus nube vi venit et glacies a gelu
et aqua quasi galaquies vel gelata aqua
Gelu autem quod stringatur terram tellus
est quippe terra dicitur tunc autem maiori
gelu stringitur terra cum fuit nox se-
rena. Pruina est matutini temporis fri-
gus et inde pruine nomen accepit
quia sicut ignis urit perurit enim ignis
et urere enim ad frigus et ad calorem perti-
net nam uno vocabulo duo diversa signi-
ficantur pro eo quod unum effectum habent
cum vis est et caloris et frigoris unde
et utrumque sacra rumpuntur nam calor urit
ut est urit infelix dido nec frigus
urit ut est aut boree penetrabile frigus
adurit. Ros grecum est quia illi drosos

dicunt alii putant vero dici ee grauius
e et non spissus ut pluuia Nebula
inde dicta unde et nubila ab obnubendo
scilicet sicut est operiendo terram siue quod multas
loisates sepius exalant tam valles sun-
unde nebulas et fiunt nubes inde
nubilum inde nimbus nebule autem una
potentia in serenitatis est pluuia in nu-
bilum Caligo umbra est de spissitudine
aeris effecta et dicta caligo quod maxime ca-
lore aeris gignatur Tenebre dicuntur
quod teneant umbras nichil autem sunt
tenebre sed ipsa lucis absentia tene-
bre dicuntur sicut silentium non aliqua
res est sed ubi sonus non est silentium
dicitur sic tenebre non aliquid sunt sed ubi
lux non est tenebre dicuntur Umbra
est aer carens sole dicta autem quod fiat
de solis obiectione radiis est autem mo-
bilis et incerta et ex solis lumine et ex
motu locorum sed mutetur quociens moue-
mur et sole nobiscum moueri videtur
sed ubi quocumque loco a radiis solis ob-
sistimus procedit illi lumine aufferimus
sequi et ingredi nobiscum umbra et
gestus nostros videt imitari lux ipsa
solis lumine quod a luce manat id est calor
lucis sed sic confundunt auctores

Sequitur de ventis viii

v Uentus est aer commotus et agi-
tatus et pro diuersis partibus celi
nomina diuersa sortitur Uentus autem ve-
tus quod sit vehemens et violentus vis
enim tanta eius est ut non solum saxa
et arbores euellat sed etiam celum et terram
conturbet maria commoueat ventorum iiii
principales spiritus sunt quorum primus ab

oriente subsolanus a meridie auster
ab occidente fauonius a septentrione eiusdem
nominis ventus spirat habentes geminos
hinc inde ventorum spiritus Subsolanus
a latere dextro vulturnum habet a leuo eu-
rum auster a dextris euroaustrum
a sinistris austroafricum fauonius
a parte dextra affricum a leua chorum
porro septentrio a dextris circium a sinis-
tris aquilonem Hii xii venti mun-
di globum flatibus circumagunt quorum no-
mina ex propriis causis signata sunt
nam subsolanus vocatus eo quod sub ortu
solis nascatur Eurus eo quod ab eoo
flat id est ab oriente est enim coniunctus
subsolano Vulturnus quod alte tonat
de quo lucretius Altitonans vulturnus
et auster fulmine pollens Auster
ab hauriendo aquas vocatus unde et
crassum aerem facit et nubila nutrit
hic grece nothus appellatus quod per inter-
dum corrumpat aerem nam pestilencia
que ex corrupto aere nascitur auster
flante in reliquas regiones transmittitur
sed sicut auster pestilenciam gignit sic
aquilo repellit Euroauster dicitur
quod ex una parte flat euro et ex al-
tera austro Austroafricus quod in-
tus sit hinc et inde austro et affro
vel libonothus quod sit calidus hinc
et inde nothus Zephirus appellatus
greco nomine eo quod flores et germina
eius flatu viuificet Hic latine
fauonius dicitur quod foueat que nascuntur
austro autem flores soluuntur a zephiro
fiunt Affricus a regione affrice vocatus

in affrica cum initium flandi sumit
corosum qui absconderit estum flat
et vocatur corus quod ipse ventorum circulum
claudat et quasi chorum faciat. Hic antea
chaurus dicitur quem plerique argestem
dicunt non ut imprudens vulgus agrestem.
Septentrio dictus eo quod a circulo septem-
stellarum consurgit que invicem se inun-
do resupinato capite fuerit videtur. Circius
dictus eo quod choro sit iunctus. Hunc ipsi
in galliam vocant propter quod eis a parte gal-
lie flat. Aquilo dictus eo quod stringat
aquas et nubes dissipat est enim geli-
dus ventus et siccus. Idem et boreas
quia ab hyperboreis montibus flat. Inde
enim origo eiusdem venti est unde et
frigidus est. Natura enim omnium sep-
tentrionalium ventorum frigida et sicca
australium humida et calida. Ex omnibus
autem ventis duo cardinales sunt septen-
trio et auster. Ethesie autem flabra
aquilonis sunt quibus nomen inditum est
quod toto anni tempore flare incipiunt. Omnia
tus cum certe anni latine dicitur ant-
arcen cum a borea in egyptum ferunt
quibus auster contrarius est. Duo sunt autem
extra hos ventis spiritus magis quam venti
aura et altanus. Aura a grecis dicta quasi
aera quod levis sit motus aeris. Agita-
tus enim aer facit auram unde et lucre-
tius aereas auras. Altanus qui ex pe-
lago est per derivationem ablato in mari
vocatus. Nam altum est flatus in ripis quod
dicimus auram nam aura terre est. Tur-
bo est volubilitas ventorum et turbo dicitur
a terra quotiens ventus consurgit et terram
in circuitu mittit. Tempestas autem

pro tempore dicitur sicut ubi historiographi solet
dici dicunt ea tempestate ab statu celi
ex magnitudine sui multis diebus oritur
Serenum aut autumnali tempore quam maxime
fiunt quam vernali plena est hieme unde
confine utrumque tempus commotione aerum
generosa efficiunt tempestates. Fragor
a fractorum rerum nominatus est sonitu
ex parte quecumque et arida facile frangit.
Procella a bello quod procedit percellat et
excellat est enim vis venti cum pluvia
procelle aut ad defluviis ut dementes
sint multi aut velocius ventis unde
ex celeritatem in ventos quam pluvia
alata frangit parte ut aliis austri

Desinitur de aquis .ix.

a qua dicta quod superficies eius equa-
lis sit. Hinc et equor appellatum
quod equaliter sursum est. Duo autem
validissima esse humane elementa
ignis et aqua unde graviter damnatur
quibus ignis et aqua interdicitur. Aquarum
elementum ceteris omnibus imperat. Aque
enim celum temperant terram fecundant aerem
exalationibus suis incorporant scandunt
in sublime et celum sibi vindicant. Quid enim
mirabilius aquis in celo stantibus. Parum
sit in tantam venisse altitudinem rapi-
unt et secum piscium examina effuse
omnium in terra nascentium causa fiunt. Fru-
ges gignunt arbores frutices homines
producunt sordes detergunt peccata
abluunt potum cunctis animantibus tribuunt.

De diversitate aquarum .x.

a quarum natura diversitas multa
est. Alie enim salse alie nitrate
alie aluminose alie sulphurate

alie bitumine alie curant morborum ad-
hibentes sanitatem mota ramam albu-
ine que medetur oculis. In italia
fons ciceronis oculorum vulnera curat.
In ethiopia lacus est quo perfusa cor-
pora velud oleo nitescunt. Zamie fons
est in affrica canoras voces facit. Ex
clitoreo lacu italie qui biberit vini
tedium sentit. In chio insula fontem
esse quo hebetes fiant. In beotia duo
fontes alter memoriam alter oblivionem
affert. Licia fons amorem veneris tollit.
Boetij lacus sinalis est de quo qui
biberit ardore libidinis exardescit.
In campania sunt aque que sterilitatem fe-
minarum et virorum insaniam abolere
dicuntur. In ethiopie fonte rubro qui
biberit lymphaticus fit. Lethius fons
archadie abortum fieri non patitur. In
sicilia fontes duo sunt quorum unus ste-
riles fecundas alter fecundas steriles facit.
In thessalia duo sunt flumina ex uno
bibentes oves nigras fieri facit ex
altero albas ex utroque varias. Clitumnus
lacus in umbria maiores boves
gignit. Reatinus paludis aqua iumen-
torum ungulas indurat. In asphaltide
lacu iudee nichil mergi potest quod animam
habet. In indis sideri vocatur stagnum in quo
nichil natat sed omnia merguntur. Atque
in alee lacu propter densitatem omnia flui-
tant nichil in mergitur. Garamantide fons
in frigida ... gerit. In athamania aqua
... Styx appellata que
illico potata interficit. Colonum stag-
num italie retro ... ambigit. Pri-
mates fons est in affrica circa tepidum

ammonis qui nocturnis caloribus fervens
stringit simul calida in tepide spi-
rat. Fons iob in ydumea quater in
anno colore mutatur scilicet in pulverem
sanguineum viridem et limpidum tinctis
mensibus in anno tenens colores omnium
colorem. In trogodites lacus est ter
in die fit amarus et deinde totus dulcis.
Fons in siloa arabie montis syon no-
nnullis aquis sed incertis horis diebusque
ebullit. In india quedam rivus sabbatis
omnibus siccatur. In sardinia fontes
calidi oculis medentur fures arguunt ma-
nifestantque sacramenta de eorum facinus.
In epyro esse fontem in quo faces ex-
tincte accenduntur accense et extingwuntur ac-
cense extincte. Apud garamantes fon-
tem esse ita algentem die ut non bibatur,
ita ardentem nocte ut non tangatur. Iam
vero in multis locis aque manent pre-
tium fervientes tanta vi ut balnea ca-
lefaciat. Quedam enim terre sunt que
multum sulphuris et aluminis sicut ita-
que cum per venas calentes aqua frigida
vicinos sulphuris colore contacto exca-
lescat nec talis aliquando effluit
sed permutata venit. Sulphur-
em admixtum ferunt aque virtutem
et materiam igneam plenam nimiumque mo-

De mensis nomine

[m]are est aquarum generalis collectio.
omnis enim congregatio aquarum
sive salse sint sive dulces abusi-
ve maria nuncupatur iuxta illud congrega-
tiones aquarum appellavit maria. Proprie autem
mare appellatum eo quod aque eius amare

sunt. Equor autem appellatum quod equaliter
est sursum et quamuis ad eius fluctuationes
velud montes erigitur sedatius rur-
sum tempestatibus adequatur. Altitudo ve-
ro maris diuersa est sed dispectio tamen dorsi eius
equalitas. Ideo autem mare incrementum
non capit cum omnia flumina omnesque fon-
tes recipiat, tum causa est partim quia
in fluctibus undarum ipsa magnitudo eius
non sentiat. Deinde quia amara aqua
dulcem fluentum consumit vel quia ipse nubes
multum aquarum ad se attrahunt siue quia
illam partim auferant venti partim sol ex-
siccet. Postremo quia porcata quedam
lice foramina percolatus et caput aquarum
fontesque inuolutum reuertat. Maris
autem certum esse colorem sed pro qualitate
ventorum mutari, nam modo flauum est, modo
lutulentum, modo atrum.

Sequitur de oceano ·xv·

Ceanum greci et latini ideo no-
minant eo quod in circuli modo
ambiat orbem siue a celeritate eo quod
ocius currat. Item quia ut celum purpureo
colore nitet. Occeanus quasi cianeus
i. qui horas terrarum amplectitur alternisque
estibus accedit et recedit respirantibus
enim in profundo ventis aut reuomit ma-
ria aut resorbet quique ex proximis
regionibus diuersa vocabula sumpsit ut
gallicus germanicus sciticus caspius hir-
canus athlanticus gaditanus. Nam gadi-
tanum fretum a gadibus dictum ubi primum
ab oceano maris magni limina aperiuntur.
Unde et hercules cum gadibus peruenisset
columpnas ibi posuit sperans illic esse
orbis terrarum finem.

De mediterraneo mari ·xvi·

Are magnum est quod ab occasu
et oceano fluit et in meridiem
vergit deinde ad septentrionem ten-
dit quod inde magnum appellatur quia cetera
maria in comparatione eius minora sunt. Iste
est et mediterraneus quia per mediam terram
usque ad orientem profunditur Europam
et affricam asiamque disterminans. Cuius
prime partes sinus qui in hispanias per-
funditur hibericus et balearicus appellantur
deinde gallicus qui in narbonensem
prouinciam alluit mox ligusticus qui
iuxta genuam est proximus post hunc tirenus
qui ytaliam attingit quem greci ionium
itali inferum vocant. Inde siculus qui
a sicilia usque ad cretam vadit deinde
creticus qui in egiptum et pamphiliam
pertendit inde egeus ponticus qui in sep-
tentrionem retorquetur cum fractibus
magnis iuxta grecos et illiricum in angus-
tias vii stadiorum stringitur quo xerses
ponte nauibus facto in greciam commeauit.
Ibi est abidus unde diffusus equore
patente rursus stringitur et facit pro-
pontidem qui mox in quingentis passibus
coartatur. Sic fit bosforus tracius quo
darius copias transportauit. Unde por-
ticus sinus amplissimus atque meo-
tidis paludis quia multitudine flu-
minum dulcius quam cetera nebulosum
quia et brevius unde et ponticum vocatum
quod brevior eo atque pigrior focas et tu-
nnos atque delfinos alias beluas
maiores non patitur. Quod autem terra-
rum una pro diuersis locis varie appellatur
vocabulis tam et regionibus hic mare

magnum diversis nominibus nuncupatur ut
ybericum et asiaticum a provinciis deinde
ab insulis balneariticum siculum creticum
cyprium egeum carpatium. Secundum hoc inter
chium et tenedum saxum cum in mari po-
situs quam insula quod in similitudine caprae
esse creditur quam greci egan nuncupant
unde egeum mare est dictum. Sic et carpa-
tium mare inter egyptum et rodum ab insu-
la carpathos. Illud porro atque geticum galli-
cum massiliensium dalmaticum liburnicum ab
oppidis argolicum corinthicum tirrenum
adriaticum nam adria quedam civitas
illirico mari proxima fuit que adriati-
co mari nomen accepit. A positione etiam
ut superum et inferum quia est oriens su-
perior occidens inferior. Est autem tirrenum
et adriaticum ancoria regis ut ioni-
um. Io quippe rex fuit tirrenum
deinde est sive quod tuscia alluit tirre-
niam sive a tirreno nauta qui se in
hoc mari precipitavit. Et secundum io-
nium sinum esse in mensum ab ionia
usque ad siciliam et huius partes esse adria-
ticum achaicum et epyroticum. A moribus
accolarum eusinus axenus antea ap-
pellatus. A casibus hominum qui ceciderunt
in mari ut elles pontum icarium mirte-
um. Secundum hoc nam mirteum mare deinde a mirti-
li lapsu quod illuc abenomia precipitatus
est. Icarius vero cretensis ut fabule fe-
runt altiora petens pennis solis calo-
re solutis mare in quo cecidit nomen
imposuit. Erixus quoque cum elle
sorore fugiens sua insidias noverca-
les conscendit navem signum arietis ha-
bentem qua libratus est. Elles autem soror
eius pressa naufragium dedit in mari
et mortua esset ponto mari nomen
dedit. Altitudine fluctis propontidis na-
dem propontum quod pontum precurrit id est a-
tusum ut angustus medialis bon bos-
forus. Egiptinus autem pellagus asie
datur gallicus europe affricus libi-
cus ut quecumque provincie proxime ponatur
partes. Pellagus autem est latitudo
maris sine litore et portu greco nomine
apotu plagia hoc est a latitudine dictus
unde et plagia quod sunt in portuosa.

De sinibus maris xiiii

Sinus dicuntur maiores recessus
maris ut in mari magno io-
nius in oceano caspius indicus persicus
arabicus qui et mare rubrum quod oceano
ascribitur. Rubrum autem vocatum eo quod
sit roseis undis infectum non tamen
talem naturam habet quale videtur sed
a vicinis litoribus maculatur gurges
atque inficitur quia omnis terra que circumstat
pellagus rubrum est et sanguineo colori
proxima ideoque inde minium acutissi-
mum excipitur et alii colores quibus
pictura videatur. Ergo cum terra habun-
danter trahat naturam fluctibus proinde dilu-
itur et quicquid adhesum est in colorem
tradit. Ob hoc et in ipsis litoribus gemme
rubre inveniuntur lapillus nam est de
hiis in volutus cum inter harenas acci-
pit terre colorem sic et maris. Hoc mare
in duos sinus scinditur ex quibus qui ab
oriente est persicus appellatur quod litora illius
perse inhabitant. Alter vero arabicus dicitur quod sit

De estuariis et fretis xv.

[E]stua arabicus sinus ad occeanum pertinet. Fretum adversum mare. Nam estus est maris accessus vel recessus, id est concursus, unde et estuaria per que mare vicissim tum accedit tum recedit. Fretum appellatum quod ibi semper mare fremat. Nam fretum angustum et quasi fervens mare, sicut gaditanum vel siculum. Nam freta dicit Varro ab eo quod fervida, id est fervens, et motu fervoris tumida. Fretum Sicilie quod Regium dicitur Salustius tradit excursu veterum sepe dictis Italie olim Siciliam coniunctam fuisse, et dum esset una tellus medium spatium quod per humilitatem obrutum est aquis quod per angustias scissum est. Et inde Regium appellatum quod grece abruptum nominatur Rhegium. Est autem artissimum tum intus spatium Siciliam ab Italia dividens, fabulosis in parte monstris cuius sunt inde Scilla et Caribdis. Scillam autem accole saxum in mare eminens appellant, simile celebratis forme procul inspectibus, unde et monstruosam speciem fabule dederunt quasi forma hominis capitibus succincta caninis, quia ubi collisi fluctus latrare videntur. Caribdis dicta quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim mare vertiginosum, et inde ibi latenter naufragia confusa emergunt. Ter autem in die erigit fluctus et ter absorbet; nam accipit aquas ut vomat, vomit ut rursum accipiat. Sirtes sunt harenosa in mari loca. Sirtes autem Salustius a tractu vocari dicit, quod omnia ad se trahant et appropinquantia vadoso mari hereant. Hec autem ad mare egiptum vicine sunt. Vada vero sunt per que in mari vel in fluminibus incedentes peditibus vel animalia vadunt, que Virgilius brevia appellat, grece brachea.

De lacubus et stagnis xvi.

[L]acus autem et quedam maria que non miscentur occeani fluctibus dicuntur lacus magnus. Et dicitur lacus et stagnum. Lacus est receptaculum in quo aqua retinetur nec miscetur fluctibus, ut lacus appellati ut lacus Benacus et lacus et ceteri. Quod grece limo id est stagnum vocatur. Nam fontes labuntur, id est fluminosa flumina in freta discurrunt, lacus stat in loco nec profluit. Et dicitur lacus quasi locus aque. Lacus Asphalti appellatus idem est mare mortuum vocatum propter quod nichil gignit vivum nichil recipit ex genere vivorum, nam neque pisces neque assuetas aquis et lacubus ingredi volucres patitur aves. Sed et quecumque viventia immergenda temptaveris, quamlibet arte demersa statim resiliunt et quamvis vehementer illisa statim excutiuntur. Sed neque ventis movetur resistente bitumine, quo aqua omnis stagnatur. Neque navigationis patiens est, quia omnia vita carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet nisi que bitumine illinitur. Lucernam accensam ferunt supernatare, extincta demergi. Hunc et mare salinarum dicunt. Prope lacus Asphalti, id est bituminis, et est in Iudea inter Iericho et Zoaram. Longitudo eius usque ad Zoaram Arabie dirigitur stadiis septingentis octoginta, latitudo stadiis centum quinquaginta usque ad viciniam Sodomorum. Lacus

tyberiadis ab oppido tyberiade vocatus
quod quondam herodes in honore tyberii ce-
saris condidit Est autem in iudea ceteris
lacubus salubrior et ad sanitatem corporis
quam aliis efficacior dicunt stadia Ge-
nesar lacus amplissimus in iudea
longitudine c. xl. extenditur stadiis la-
titudine xl. quadraginta diffunditur
crispantibus aquis auram non ventis sed
de se ipso concipiens unde et genesaret
dicitur greco vocabulo quasi generans sibi auram
Denique per diffusiora spacia lacus fre-
quentibus auris spirantibus agitatur vi et puri-
or haustus eius et ad potandum dulcis
et habilis Benacus lacus ytalie in
venecia de quo fluvius nascitur mincius
qui lacus magnitudine sui tempestates
imitatur marinas Lucrinus et avernus
lacus campanie Sed lucrinus autem dictus
quod olim propter copiam piscium vectigalia
magna prestabat Avernus autem lacus
vocatur quod aves ibi volare non possint
nam antea plurima densitate silve am-
biebatur ut exhalantibus inde per angus-
tias aque sulphureus odor gravissimus
supervolantes aves alitu suo necaret
Quam rem augustus cesar intelligens
deiectis silvis ex pestilentibus amena
reddidit loca Lacus autem idem et stagnum
ubi aqua in mensa convenit nam idem
est stagnum alio quod illic aqua stet nec

De abyssis

decurrat

Abyssus profunditas est aquarum
impenetrabilis sive spelunce
aquarum latentium e quibus fontes et flu-
mina procedunt vel que occulte subterra currunt
unde et abyssus dictus nam omnes aque

sive torrentes per occultas venas ad matricem
abyssi revertuntur Fluctus dicti quod flatibus
fiant ventorum cum enim impulsu agitantur aque
fluctuant Aqua stativa est et sine mo-
tu equalis unda vero eminens et ligatur
quia semper in motu est Lucretius dicit
undas ipsum motum et corpus illud quod re-
fluat nam unda aqua est proprie sed aqua
in motu in motu quidem et agitatione
quia ascendendo et recedendo unda vocatur
Latex proprie liquor fontis est et dictus latex
quia in venis terre lateat Gutta est que
stat stilla que cadat sicut salustius dicit
quia stilla cadens saxa cavat Gutta enim
gutta inde fit diminutivum ut dicamus
stilla Dicitur autem gutta que pendet de tectis
vel arboribus quia glutinosa gutta est
dum ceciderit stilla est Spuma dicta
est albeo quod spumatur sordes cum sit un-
darum vitium et ea que coquuntur
spuma purgantur sicut et spumatum est

Sequitur de fluminibus xviii.

Flumen est perennis aquarum de-
cursus a fluendo perpetuo dictus
Proprie autem flumen ipsa aqua fluvius
cursus aqua prius autem flumen quam flu-
vius prior aqua quam decursus Duo
sunt autem flumina genera unum torrens
alterum vivum Torrens est aqua veniens
cum impetu dictus autem torrens quia
pluvia crescat siccitate torrescat id est
arescat de quo pacuvius flammeo vapore
torrens torret cui gratia nomine ab
hyeme nos alescitate dederunt ille
autem ante quos putescit nos ateunere
quos sitantur Amnis est fluvius nemore

frondibus redimitur et corpora amenitate
dampnis vocatus. Decursus apte fluuius est
sub pene aquarum sit siue quarumlibet rerum
fluuii dicti quod deriventur ad irrigandum vel
adinducendum aquas in agris nam irri-
gare inducere est. Gurges apte latine al-
ueus in flumine. Puteus latine diffusio
ex quo hauritur aqua appotatoe dictus fons
caput est aque nascentis quasi aquas fun-
dens. Omnium autem fluminum quibus ex
causis nomina acceperunt exponitur ne-
cessarie notandi sunt qui in historiis cele-
bres incorantur. Geon fluuius de para-
dyso exiens atque uniuersam ethiopiam
cingens vocatus hoc nomine quod incremento
suo exundacionis terram egipti irrigat
ge enim greco latine terram significat. Hic apud
egiptios nilus vocatur propter limum quem trahit
qui efficit fecunditatem unde et nilus
dictus est quasi ni-li-on nam antea ni-
lus latine melo dicebatur. Apparet autem
in nilo de lacu de quo meridiem versus
excipitur egipto ubi aquilone flante
repercussis aquis retro inflatus inrigat
et inundatione egipti facit. Ganges flu-
uius quem sacra scriptura phison cognominat et
de paradyso exiens pergit ad indie regiones
dictus autem phison id est caterua quod decem
fluminibus sibi magnis est adiunctis impletur
et efficitur unus. Ganges autem vocatus
a rege indie gangaro fertur autem nilo
modo exaltari et super orientis terras eru-
pere. Tygris fluuius mesopotamie de pa-
radyso exiens et pergens contra assirios et
post multos anfractus in mare mortuum in-
fluens vocatus autem hoc nomine propter veloci-
tatem bestie instar nimia pernicitate
currentis. Eufrates fluuius mesopotamie
de paradyso exiens copiosissimus gemmis
qui mediam babiloniam influit hic a
frugibus vel vbertate nomen accepit nam
ebraice eufrata fertilitas interpretatur mesopo-
tamiam enim in quibusdam locis ita irrigat
sicud nilus alexandriam. Salustius autem
auctor certissimus asserit tygrim et eufraten
uno fonte manare in armenia per diuersa
euntes longius diuidi spacio medio re-
licto multorum milium. Quae terra que
ab ipsis ambitur mesopotamia dicitur ex quo
ieronimus animaduertit aliter de paradisi flu-
minibus intelligendum. Indus fluuius orientis
qui rubro mari accipitur. Ydaspes fluuius
medorum vero antiquissimus ex quo amnis
nomen accepit orientis qui inter ydas-
pes dicitur de quo lucanus vastis indus aquis
mixtum non sentit ydaspen qui dicitur sit
fluuius persarum dictus quasi orientem de tyre.
Araris fluuius orientis de quo virgilius
aut ararim parthus bibet aut germania tigrim.
Bactrus fluuius orientis a rege bactro vocatus fertur a quo
bactria et urbs eorum. Cassi persarum fluuius
vocatus eorum lingua quod mira aque dul-
cedine sit adeo ut persarum reges quam-
diu inter ripas persidis fluunt ex eo
pocula vendicant. Exigit amnem quidam
tigrim celere flumen derivare existi-
mat. Araxis amnis armenie qui
ab uno monte cum eufrate diuersa specu
oritur dictus quod rapacitate cuncta prosternit
unde et cum alexander cum transiturus esset
ponte fabricato tanta vi inundauit ut
pontem dirueret. Hic breuibus interuallis
ab eufratis ortu caput tollit ac deinde

tappum fertur in mare. Orontes fluvius Syrie
qui vocatur orientis iuxta antiochie
muros decurrens qui a solis ortu decurrens
oriens non longe ab urbe mari conditur que
de originis sue situ orontem latine ve-
teres appellaverunt cuius fluctus corpore in
tempore frigidioribus et zephiris assidue in-
spirantibus tota civitas omnibus estate men-
sibus refrigeratur. Jordanis Iudee fluvius
a duobus fontibus nominatus quorum alter vocatur
Ior alter Dan. Hys igitur procul a se dis-
tantibus in unum alveum federatis Iordanis
deinceps appellatur. Nascitur autem sub li-
bano monte et dividit Iordanis Iudeam et A-
rabiam qui post multos circuitus iuxta
Ierico in mare mortuum influit. Eufra-
tes caucasus montibus surgens cum pluribus
aliis in eufratem se precipitat mare unde
et incipitur. Cignus amnis Cilicie
Tauro monte progrediens miram aquarum
sed suavitatem et est cygno candidior. Cig-
num gentili lingua Syri dicunt unde et
cigni nomen amnis sumpsit datum quia an-
tiquo et estate quoque nives solvuntur in-
mersit aliquis aut tepidus ductus est
et tenuis Dilas est fluvius asie. Pac-
tolus est fluvius asie harenas aureas
trahens de quo Virgilius Pactolusque irri-
gat auro quem pauranto fluvio alii
crisorroan vocant. Ermus fluvius asie
qui smirneos secat campos et iste fluc-
tibus aureis et harenis plenus aquis
et smirna vocatur. Meander amnis a-
sie flexuosus qui reciprocis ripis inter
asiam et ioniam perpetuatur in sinum qui
miletum dividit et pieriam. Meander
dicitur quod sit flexuosus et numquam rectus

De quo Ovidius curvis meander ludit
in undis. Tanais fuit rex scitarum primus
a quo tanais fertur fluvius nuncupatus qui
ex ripheis veniens fluvius dirimit eu-
ropam ab asia inter duas partes mundi
medius currens atque in pontum fluens.
Inachus achaie amnis argolicos ir-
rigans agros quem rex Inachus ap-
pellavit qui exordium argive gentis
primus dedit ibi et erimantus ab erima-
to monte demissus. Padus italie est
fluvius alpium surgens ex radicibus
fontibus oritur. Ex quibus uni vocabu-
lum est padus qui diffusus in modum
stagni amne suum digerit aquas et
padus est nuncupatus hic a grecis eridanus
cognominatus ab eridano solis fi-
lio quem phetontem dicunt qui fulmine
percussus in eodem fluvio decidit et
extinctus. Augetur hic exortu canis
liquescentibus nivibus et cum accessione xxx.
fluminum circa ravennam in adriaticum
diffunditur mare. Tyberis italie fluvius
a tyberino rege albanorum dictus appellatus
qui in illud flumen cecidit et de eorum
suo nomine accepit nam aut albula
antiquum nomine accepit fuit quod
nivibus albus sit. Iste est autem tybris
sed tyberis incorporatione tibris et
ubique ponitur. Danubius germanie fluvius
vocatur fertur amnium copia quibus magis
augetur. Iste est enim in europa plus
sed omnibus fama Ister et aster est du-
pro vias videt gentes mutat et no-
mina et ambiendo colligit vires
oritur germanicis iugis et occidentalibus
silvis barbarorum progrediens est orientem

sexaginta in se flumina rapit septem
ostiis in Ponticum influit. Rodanus Gal-
liae fluvius ab oppido Rodo cognominatus
quod coloni Rodiorum posuerunt qui rapido
cursu citatus Tirreni aequoris freta
scindens modicum saepe navigantium pe-
riculum dum inter se fluctus maris et amnis
fluenta decertant. Renus arcada in
pacitate fert vocatus quo in corona
punica oritur. Est autem Germaniae fluvius
inter tres Europae maiores fluvios com-
putatus qui a iugo Alpium usque ad Ocea-
num profunda cursus suos dirigit. Hi-
berus amnis qui quondam toti Hispaniae
nomen dedit. Garumna fluvius Gal-
liae nomen a colore pignicta sumpsit
qui in eo plurimus et venitur. Durius
aquis qui diutius cognominatus. Tagum
fluvius Kartago Hispaniae nuncupavit
ex qua ortus procedit fluvius harenis
auriferis copiosus et ob hoc ceteris fluviis
Hispaniarum prelatus. Betis fluvius qui
et Beticae provinciae nomen dedit de quo
Marcialis Betis olivifera crinem re-
dimite corona aurea qui nitidis vel-
lera tingis aquis eo quod ibi lanae pur-
pureo colore tinguntur. Getas aut Donis
eo quod Tiguli solo decurrat. Geta · n ·
gentes inde ut incepto venit. Crudeliter
aut flumina in diluviis soluta more
tractus pelliga se quaedam ubi quae non
erat abyssi cum ruptis meatibus

De diluviis XXII. Eruperunt

Diluvium dictum quod aquas clade
omnia quae inundavit deleat.
Primum diluvium extitit sub Noe cum
hominum scelibus omnipotens offensus toto orbe
contecto deletis cunctis unum spatium fuit
celi ac pelagi. Cuius indicium hactenus
videmus in lapidibus quos in remotis
montibus conchis et ostreis concretos saepe
etiam cavatos aquis visere solemus. Secundum
diluvium fuit in Achaia Iacob patriar-
chae et Ogigii temporibus qui Eleusinae condi-
tor et rex fuit nomen quod loco et tem-
pori dedit. Tertium diluvium fuit in Thessalia
Moysi vel Amphictionis temporibus qui tertius
post Cecropem regnavit. Cuius temporibus a-
quarum illuvies maiorem partem populorum
Thessaliae absumpsit paucis perfugio
montium liberatis maxime in monte Par-
nasso in cuius circuitu Deucalion tunc
regno potiebatur qui tunc ratibus ad
se confugientes susceptos per gemina
Parnasi iuga fovit et aluit. A quo
propterea genus humanum creatum fabule
ex lapidibus reparatum ferunt propter hominum
inserta cordibus duritiam. Et flumina etiam
in solutis aucta imbribus ultra consue-
tudinem vel diuturnitate vel magnitu-
dine redundat multaque perierunt
et ipsa diluvium dicuntur. Sed tamen at
quod ad primum modum extitit non tamen adprime
impleret sapientia et et alia futura significat

Explicit liber tredecimus
Incipiunt capitula libri XIIII.

De montibus ceterisque locorum vocabulis
De inferioribus terre · viii ·

Incipit liber decimus quartus

Terra est in media mundi
regione posita omnibus partibus
celi in modum centri equali
intervallo consistens que singula-
ri numero totum orbem significat plurali
vero singulas partes cuius nomina diversa
dat ratio. Nam terra dicta a superiori
parte qua teritur humus ab inferiori vel
humida terra ut sub mari tellus autem
quia fructus eius tollimus unde et ops dicta
eo quod fert frugibus eadem et arva
ab arando et colendo vocata. Proprie autem
terra ad distinctionem aque arida nuncupatur
sicud scriptura ait quod vocavit deus aridam
terram. naturalis enim proprietas siccitatis est terre
nam ut humida sit ab aquarum affinita-
te sortitur. Cuius motum alii dicunt ventum
esse in concavis eius qui motus eam movet.
Salustius ventus prima terre vitata rupti
quod aliqui montes tumulique sederunt. Alii aquam
dicunt genitalem in terris moveri et eas simul
concutere sicut vas ut dicit Lucrecius. Alii
fungosam eandem terram volunt cuius plerique
latentes ruine superposita cuncta concutiunt.
terre quoque hiatus aut motu aque in sub-
ditis fit aut crebris tonitruis aut de
concavis terre erumpentibus ventis. De orbe

Orbis a rotunditate circuli dictus quia
sicud rota est unde brevis et rotel-
la orbiculus appellatur. Undique enim ocea-
nus circumfluens eius in circulo ambit fines. Di-
visus est autem trifarie e quibus una pars
Asia altera Europa tercia Affrica nuncupatur.
quas tres partes orbis veteres non equaliter
diviserunt. Nam Asia a meridie per orientem
usque ad septentrionem pervenit. Euro-
pa vero a septentrione usque ad occidentem
atque inde Affrica ab occidente usque ad meri-
diem. Unde evidenter orbem dimidium
due tenent Europa et Affrica alium vero
dimidium sola Asia. Sed ideo iste due par-
tes facte sunt quia inter utramque ab oceano
mare magnum ingreditur quod eas intersecat.
Quapropter si in duas partes orientis
et occidentis orbem dividas Asia erit in
una in altera vero Europa et Affrica

De Asia et partibus eius · ii ·

Asia ex nomine cuiusdam mulieris
est appellata que apud antiquos
imperium tenuit orientis. Hec in tercia parte
orbis disposita ab oriente ortu solis
a meridie oceano ab occasu nostro mari
finitur a septentrione Meotide lacu et
Tanay fluvio terminatur. Habet autem provincias
multas et regiones quarum breviter nomina
et situs expediam sumpto inicio a para-
dyso. Paradysus est locus in orientis
partibus constitutus cuius vocabulum ex greco in
latinum vertitur ortus. porro hebraice
eden dicitur quod in nostra lingua delicie inter-
pretatur quod utrumque iunctum facit ortum
deliciarum. Est enim omni genere ligni et
pomiferarum arborum consitus habens etiam et
lignum vite. non ibi frigus non estus
sed perpetua aeris temperies. e cuius me-
dio fons prorumpens totum nemus irri-
gat dividiturque in quatuor nascencia flumina
cuius loci post peccatum hominis aditus interclu-
sus est. Septus enim undique romphea

flammea i. muro circumcinctus igneo ita ut eius pene in celo iungat incendium. Cherubin quoque presidium angelorum arcendis spiritibus malis super rumphee flagrantia ordinatum est ut homines flamme, angelos vero malos angeli summoveant ut nec carni vel spiritui transgressionis aditus pateat.

India vocata ab Indo flumine qui ex parte occidentali clauditur. Hec a meridiano mari porrecta usque ad ortum solis et a septentrione usque montem Caucasum pervenit habens gentes multas et oppida, insulam quoque Taprobanem gemmis et elephantis refertam, Crisam et Argirem auro argentoque fecundam, utilem quoque arboribus foliis numquam carentibus. Habet enim fluvios Gangem et Indum et Ypanem illustrantes Indos. Terra Indie Favonii spiritu saluberrima in anno bis metit fruges; vice hiemis et estatis etesias patitur. Gignit autem tincti coloris homines, elephantes ingentes, monoceros bestias, psittacum avem, ebenum quoque lignum et cinamomum et piper et calamum aromaticum et ebur, lapides quoque preciosos, berillos, crisoprassos et adamantem, carbunculos, lignites, margaritas et uniones quibus nobilium feminarum ardet ambitio. Ibi sunt et montes aurei quos adire propter dracones et grifas et immensorum hominum monstra impossibile est.

Parthia ab Indie finibus usque Mesopotamiam generaliter nominatur. Vicit enim virtutem Parthorum et Assiria et proxime aliquas regiones eius nomine tenuerunt. Sunt in ea Aracusia, Parthia, Assiria, Media et Persida, que regiones initium sunt ab Indo flumine, finiunt in Tigri, clauduntur locis montuosis et asperis, habent fluvios Idaspem et Arbem. Sunt in finibus suis inter se et distincte nomina a propriis auctoribus ita sortite.

Aracusia ab oppido suo ita vocata. Parthia: Parthi a Scithia venientes occupaverunt eamque ex suo nomine vocaverunt. Huius a meridie rubrum mare est, a septentrione Hircanum salum, ab occidente solis plaga Media. Regna in ea decem et octo sunt porrecta a Caspio litore usque ad Scitas.

Assiria vocata ab Assur filio Sem qui eam regionem post diluvium primus incoluit. Hec ab ortu Indiam, a meridie Mediam tangit, ab occidente Tigrim, a septentrione montem Caucasum ubi porte Caspie sunt. In hac regione primum usus purpure inventus est, inde primum crinium et corporum unguenta venerunt et odores quibus Romanorum atque Grecorum effluxit luxuria.

Media et Persida a regibus Medorum et Persarum cognominate qui eas primitus bellando aggressi sunt. Ex quibus Media ab occasu circumsepta Parthia regna amplectitur, a septentrione Armenia cingitur, ab ortu Caspios videt, a meridie Persidam. Huius terra medicam arborem gignit quam alia regio minime profert. Sunt autem Medie due, maior et minor.

Persida tendens ab ortu usque ad Indos, ab occasu rubrum mare habet, ab aquilone vero Mediam tangit, ab austro Carmaniam que Perside annectitur. In qua est urbs oppidum nobilissimum Susis. Persida primum orta est ars magica ad quam Nembroth gigas post confusionem linguarum abiit ibique Persas ignem colere docuit. Nam omnes in illis partibus solem colunt qui eorum lingua

el 3 Mesopotamia greca ethimologia
possidet eo quod duobus fluminibus ambiatur nam
ab oriente tigri sed ab occidente eufraten
Incipit autem a septentrione inter montem
taurum et caucasum cuius a meridie sequitur
babilonia deinde chaldea novissime
arabia eudemon. Babilonie regionis
caput babilon urbs est a quo et nuncu-
pata est tam nobilis ut chaldea et assi-
ria et mesopotamia in eius nomen ali-
quando transierunt. Arabia appellata id est sacra sive
vel sancta interpretatur eo quod sit regio
thurifera odores creans. Hinc eam greci
eudemon nostri beatam nominant in cuius
saltibus et mirra et cinamomum provenit. Ibi
nascitur autem fenix sardonix gemma et
iris melochites et pederota ibi in ter-
tia est et saba appellata a filio chus
qui nuncupatus est saba. Hec autem an-
gusto terre tractu ab oriente usque ad per-
sicum sinum extenditur cuius septentrionalia
chaldea claudit occiduus sinus arabicus.
Syriam situs quidam perhibetur indigena
a siro vocabulo nuncupasse. Hec ab oriente
flumine eufrate ab occidente mari nostro et
egipto terminatur tangens a septentrione
armeniam et capodociam a meridie sinum
arabicum. Situs eius porrectus in longum se-
d lato angustior. Hec autem in se provincias
comagenam feniciam et palestinam cuius
pars est iudea absque sarracenis et naba-
theis. Comagena prima provincia a sirie
a vocabulo comagene urbis nuncupata que
quondam ibi metropolis habebatur. Huius
a septentrione aliorsum mesopotamia
a meridie siria ab occasu mare magnum.
Fenix cadmi frater de thebis egiptiorum
profectus in syriam apud sydonem regnavit
eamque feniciam ex suo nomine feniciam
appellavit. Ipsa est ubi est tyrus adiacens
ysaias loquitur. Hec ab oriente arabiam
a meridie mare rubrum. Palestina pro-
vincia philistinorum urbem metropolim habuit
que nunc dicitur ascalon ex qua civitate cir-
ca eam regio palestina est nuncupata
huius ab oriente mare rubrum occurrit a
meridiano latere iudea excipitur a sep-
tentrionali plaga tyriorum finibus clau-
ditur ab occasu egipto limite terminatur.
Iudea regio palestine ex nomine iude
appellata ex cuius tribu reges habuit
hec prius cananea dicta a filio cham sive
a decem cananeorum gentibus quibus expulsis
eandem terram iudei possiderunt. Huius
longitudinis eius a vico arsa usque ad
vicum iuliadem porrigitur in quo iudeorum
pariter ac tyriorum communis habitatio est
latitudo autem eius a monte libano usque
ad tyberiadis lacum extenditur. In medio
autem iudee civitas iherosolima est quasi
umbilicus regionis totius terre variarum
opum dives frugibus fertilis aquis illus-
tris opima balsamis. Unde secundum cle-
mentem grecum existimaverunt iudei eam
promissam patribus terram fluentem lacte et melle
tum sicut dixit deus progenitura in resurrec-
tionis pollicetur. Samaria palestine ab
oppido quodam nomen accepit quod vocabatur
samarie civitas quondam regalis in ysrael
que nunc ab augusti nomine sebastia
dicitur. Hec regio inter iudeam et galile-
am media iacet incipiens a vico
cui nomen est eleas deficiens in terra
agrabath. Situs eius natura est similis

nec ullo differens a iudea Galilea regio
palestine vocata quod gignat candidiores
homines quam palestina. Est autem duplex
scilicet superior et inferior sunt tamen conexe sibi
et fenicie adherentes terra eorum optimis
frugibus et ferax et satis fecunda. De-
capolis regio in confinio arabie et pa-
lestine sita decem atque civitatibus in p̄
orta quam celesti igne consumpte sunt terra
amplius abierosolimis olim uberrima
nunc autem deserta atque exusta. Nam
propter scelera incolarum de celo descendit ignis
qui regionem illam in eternos cineres
dissolvit cuius umbra quedam et species
in favillis et arboribus ipsis etiam adhuc
videtur. Nascuntur enim ibi poma viri-
dia sed tanta specie maturitatis ut edendi
desiderium gignat sed si carpas fatiscunt
ac resolvuntur in cinerem fumumque exhalat
quasi adhuc ardeat. Nabathea regio
est a nabaioth filio ismahel nuncupata
iacet autem inter iudeam et arabiam et fi-
nes ab eufrate in mare rubrum porrigit
et est pars arabie. Egyptus que prius aeria
ab egypto danai fratre ibi regnante
nomen accepit. Ab oriente syrie et ru-
bro mari coniuncta ab occasu libia sed a
septentrione mare magnum a meridie vero
introrsus recedit pertendens usque ad e-
thiopes celi ymbribus insueta et plu-
viarum ignara. Nilus solus eam circumflu-
ens irrigat et inundatione sua fecundat
unde et ferax frugibus multam partem ter-
rarum frumento alit ceterorum quoque negociorum
adeo copiosa ut impleat necessariis
mercibus in orbem terrarum. Confines egypti
canopea a canopo menelai gubernatore

sepulto in eadem insula libie principium et
ostium nili facit. Seres orientis oppidum
a quo et gens serum nuncupata est. Haec
ab scitico oceano et mari caspio ad ocea-
num orientalem in flictibus nobilibus frondibus
fertilis ex quibus vellera decerpunt que
ceteris gentibus ad vestes ad usum vestium
vendunt. Bactrie regioni proprius amnis
bactros vocabulum dedit. partes eius que
plane sunt montibus ingentibus ambiuntur que
adversa sunt indi fluminis fontibus terminantur
reliqua includit oxus fluvius. Mittit
bactria fortissimos camelos numquam atte-
rentes pedes. Scithia sicut et gothia
a magog filio iaphet fertur cognominata
cuius terra ingens olim fuit. Nam ab oriente
indie a septentrione per paludes meotides
inter danubium et oceanum usque ad germanie
fines porrigebatur. Postea vero minor
effecta a dextra orientis parte qua oceanus
sericus tenditur usque ad mare caspium quod
est ad occasum. dehinc a meridie usque caucasi
iugum deducta est cui subiacet hircania
ab occasu habens gentes multas propter
terrarum infecunditatem late vagantes ex quibus
quedam agros incolunt quedam portentuose
et truces carnibus humanis vivunt
et eorum sanguine. Scithie plures terre sunt
locupletes inhabitabiles tamen plures. Nam
dum plerisque in locis auro et gemmis af-
fluunt griphorum immanitate accessus
hominum rarus est. Smaragdus autem optimus
hec patria est. Cianeus quoque lapis et cri-
stallus purissimus scithie est. habet et flumina
magna oscorum fasidem atque araxem.
Hircania dicta a silva hircania que scithie
subiacet habens ab oriente mare caspium

a meridie armeniam a septentrione albaniam
ab occasu yberiam. Est autem silvis aspera
copiosa inmanibus feris tygribus pardis et
pantheris. De qua virgilius hircanque ad
morunt ubera tygres. Albania a colore populi
nuncupata eo quod albo crine nascantur. Haec
ab oriente sub mare caspium surgens per oram
oceani septentrionalis usque ad meotides
paludes per deserta et inculta extenditur.
Huius terre canes ingentes sunt tanteque feri
tatis ut thauros premant leones perimant. Arme
nia nuncupata ab armeno iasone thessali
comite qui amisso rege iasone collecta
multitudine cuius [?] passim vagabantur
armeniam cepit ex suo nomine nuncupavit.
Sita est autem inter thaurum et caucasum a cap
padocia usque ad caspium mare protensa ha
bens a septentrione ceraunios montes ex cuius
collibus tygris nascitur fluvius et in cuius mon
tibus archa post diluvium sedisse fertur.
Duplex est autem armenia superior et infe
rior sicut due pannonie. Hiberia regio asie
est prope pontum armenie iuncta in hac herbe
tincture utiles nascuntur. Capadocia ur
bis proprie nomine sed que in capite sirie si
ta ab oriente armeniam tangit ab occasu
asiam minorem ab aquilone mare cimerium
et themisterios campos quos tenuere ama
zones a meridie vero thaurum montem cui sub
iacet cilicia et ysauria usque ad cilicum si
num spectat quod insulam cyprum. Terra
eius ante alias nutrix equorum. Alis
amnis per eam fluit qui quondam lidie regna
distinxit a cappadocibus. Asia minor ab orien
te capadocia cingitur a ceteris partibus un
dique mari clauditur nam a septentrione pon
to euxino ab occasu propontide a meridie

egyptio mari. Habet provincias bitiniam frigiam
pamphiliam et ysauriam liciam atque ciliciam.
Prima asie minoris bitinie [?] que prius ex
ordio ad partem solis orientis adversa tracie
iacet multis antea nominibus appellata nam
prius berecintia dicta deinde migdonia mox
a bitinio rege bitinia nuncupata. Ipsa
est et maior frigia. Nicomedia urbs
in ea est ubi hanibal fugiens veneni
haustu vitam exspiravit. Galacia dicta
a priscis gallorum gentibus a quibus possessa [?]
occupata nam in auxilium a rege bithi
nie evocati regnum cum eo parta
victoria diviserunt sicque deinde grecis
admixti primum gallogreci nunc ex antiquo
quo gallorum nomine galathe dicuntur
et eorum regio gallacia nuncupatur. Frigia
dicta a frigia europe filia. Hec et dar
dania dicta a dardano iovis filio de quo
homerus ait quem primum genuit celes
ti iupiter arce. Hic cum corytho de corytho
Italie civitate primus venit in frigiam.
Est autem regio supra galatiam ab aquilonis
parte galatie a meridiana vero
est licaonie ab oriente lidie adiacet
ab ellespontus [?] finibus terminatur
Huius regio troia est quam ex suo no
mine appellavit tros troianorum rex
ganimedis pater. Sunt autem due fri
gie maior et minor. Maior frigia smi
rnam [?] sed minor vero ilium. Licaoniam et
ream [?] corinthus [?] fluvius distinxit a frigia.
Lidia sedes antiqua regnorum quam pac
tolus unda extulit et divitias cor[?]a
ta [?] aureis. Hec antea meonia dicebatur

que dum principatum duos fratres reges Lidiam et tirrenum ferre non posset, exorta sorte Tirrenus cum ingenti multitudine profectus loca Italie occupavit et Tirreniam nominavit. Lidia autem a Lido rege fertur que in provincia in magnitudine conuolata est. Coniungitur autem ab oriente minori frigie, ab ortu Smirna urbem habet quam eciam flumina cir cuius arenas Pactolus et Hermus fluvii aureis arenis ditissimi. Pamphilia ysauria est cui loca proficiunt, que nominata quod undique apta aurarum flatibus pateat. Metropolim urbem Seleuciam habet. Cilicia antiquitus quodam nomine dicta que ortu fenicie dicitur anthiocenum ione fuisse asserit. Plurima iacet campis vapidis ab occidente Licia, a meridie mare, a septentrione montis Tauri iuga. Habet oppidum civitatem urbem Tarsum, in eam Corycos oppidum est unde et crocum plurimum et optimum venit spiritu fragrancior et colore plus aureo. Licia inhabitata que ab oriente adiuncta Cilicie est, unde est ab ortu Caria, ab occasu et meridie mare, ex septentrione Cariam. Ibi est mons Chimera qui nocturnis estibus ignem exhalat sicut in Sicilia Ethna et Vesuvius in Campania.

De europa et partibus eius ·ij·

Post asiam et europam stilum vertamus. Europa quippe agenoris regis filia libie fuit quam Jupiter ab affrica raptam cretam adduxit et partem tertiam orbis ex eius nomine appellavit. Iste est autem agenor libie filius ex quo libia et affrica fertur cognominata. Unde et apparet prius libiam accepisse vocabulum postea europam. Europa autem

mediam partem orbis dimisit. Incipit autem a flumine tanai descendens ab occasu per septentrionalem oceanum usque in fines ispanie, cuius pars orientalis et meridiana a ponto consurgens tota mari magno coniungitur et insulas gades finitur. Prima europe regio Scithia inferior que a meotidis paludibus incipiens inter danubium et oceanum septentrionalem usque ad germaniam porrigitur, que terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur. Huius pars prima alania est que ad meotides paludes pertingit. Post hanc dacia ubi et gothia. Deinde germania ubi plurimam partem suevi incoluerunt. Germania prius superior a danubio inter renum flumen occasum conclusa cingitur. A septentrione et occasu oceano, ab ortu vero danubio, a meridie reno flumine dividitur. Terra dives virum ac populis numerosis et inmanibus, unde et propter fecunditatem gignendorum populorum germania dicta est. Gignit aves hircanias quarum penne nocte perlucent, uros quoque feras et ursos atque alces, preterea mittit et gemmas cristallum et sucinum, callaicum quoque viridem et ceraunium candidum. Due sunt germanie, superior iuxta septentrionalem oceanum, inferior circa renum. Moesias autem quas danubius a borealico ad mediterraneum mare secludit. Prima est misia a messium proventu vocata unde et eam veteres cereris horreum nuncupaverunt. Hec autem ab oriente ostiis danubii iungitur, ab euro vero terra, a meridie macedonia, ab occasu istrie copulatur. Post misiam vero pannonia est. Inde noricus ager frigidus et parcius fructuosus per

quem veteres frugibus feracem qui excipit
galliam belgicam. Tracie tyras Japhet
filius veniens nomen dedisse perhibetur.
Alii a crimina incolarum traciam appellatam
dixerunt. Sunt autem ab oriente propontis et urbs
constantinopolis opposita est. A septentrione
hister obtenditur. a meridie vero egeo mari
adheret. ab occasu macedonia illi subia-
cet. Cuius regionem olim scitharum
populus massagete sarmate scite et alie
nationes plurime incoluerunt. ampla est
enim ideoque quam plurimas obtinuit gen-
tes. Ebrus flumen traciam fudit qui
circa gentes barbarorum plurimas tangit.
Grecia a greco rege vocata qui cum ea
regionem regno incoluit. Sunt autem pro-
vincie grecie septem quarum prima ab occidente
dalmatie. inde epirus. inde ellades. in
thessalia. inde macedonia. inde achaia
et due in mari creta et cyclades. Illiricus
autem generaliter omnis grecia est. Dalma-
cia a dalmia maxima eiusdem provincie
civitate traxisse nomen existimatur.
adheret autem ab oriente macedonie. a sep-
tentrione mesie. ab occasu istria terminatur.
a meridie vero adriatico sinu clauditur.
Epirus a pirro achillis filio cognominata
cuius prius caonia que ante molossia dicta
est a molosso filio pirri quem de andro-
macha susceperat. postquam enim pirrus or-
restis insidiis andromacham elenus
accepit. tenuitque regnum privigni qui
successit patri a quo molossia dicta est
postea epirus quam elenus postea a fratre troiano
quam in vendacione pignoratam dicitur credidisse
caoniam vocavit quasi ad solacium fratris
defuncti. Ellades dicta a rege ellena
deucalionis et pirre filio a quo et prius

greci ellenas nuncupati sunt. ipsa est et at-
tica terra attica prius vocata. nam grecorum
prius quidem gratia indigena fuit ex cuius
filia actis nomen attica terra vocata est
que inter macedoniam et achaiam media ia-
cet. arcadie a septentrionali parte coniunc-
ta est. Hec vera grecia ubi fuit athenas civi-
tas liberalium mater et philosophorum nutrix qua
nichil fuit in grecia clarius atque nobilius
in ea est et marathonius campus opere quon-
dam belli cruentissimus. Ellades autem due
sunt provincie beocia et peloponensis. Beocia at-
tica coheret causa dicti catthmus agenoris
filius europam sororem a iove raptam
ex precepto genitoris querit nec reperiret
patris iram formidans concepto animo eleg-
exilium. nam forte bovis conspecte secutus
vestigia amplexus est sedem ubi illa re-
cubuerat. proinde locum de nomine bovis beo-
ciam vocavit. ubi et thebas urbem condidit
in qua olim civilia bella dectarunt et
ibi nati sunt apollo et hercules ille maior
thebanus. Caldam est Aonia vocata a
fonte quodam apollini et musis consecra-
to qui in eadem beocia est. Peloponensis
scita post cladis a pelope rege nata-
litque vocata. Thessalia a thessalo rege
cognominata qui ad meridianam plagam ma-
cedonie coniuncta est cuius dictio pieria est.
multa in thessalia flumina et opida inter
que papua est thessaloga et theba. ibi
est et mons parnasus quondam apollini conse-
cratus. Thessalia patria achillis et origo
lapitharum. fuit de quibus fertur quod hii
primum equos frenis domuerunt. un-
de certum dicitur in thessalia primum
solidi aurei fuit sunt domaridon quoque

equorum usus repertus est. Macedonia in
exordio ab Emathio rege Emathia nomine
dicta. Sed Macedo Deucalionis maternus nepos
postquam ibi principatum suscepit, mutavit
vocabulum Macedoniamque a suo nomine dixit.
Est autem ab oriente confinis Egeo mari, a
meridie Achaie, ab occasu Dalmatie, a septen-
trione Mesie. Patria Alexandri magni
et regio divitis venis argenti, optima
lapide que peanites vocatur ista gignit.
Mons Olimpus in ea est, qui excelsi
vertice tam attollitur ut in cacumine eius
nec nubes nec venti sentiantur. Achaia
ab Acheo rege et urbs et provincia appellata.
Hec pene insula est; nam absque septen-
trionali parte que Macedonie iungitur,
undique septa est mari. Ab oriente enim
Mirteum mare, ab euro Creticum, a meridie
Ionium, ab affrico occasu Cassiopas insulas,
a sola septentrionali parte Macedonie
et Actice terre adiungitur. Cuius caput est
Corinthus urbs Grecie decus. Huius pars
Achaie, fluminis Arcadie, vel sinus A-
chaie est, ut platani folium inter Ionium
et Egeum mare exporrecta, quam Archas Io-
vis et Calisto filius, Pelasgis indomitis
subactis, ex suo nomine Arcadiam nuncu-
pavit. Ipsa est et Sicionia a Sicione rege,
a quo et primorum regnum est appellatum. Est
autem Arcadia plurimum maxime arborum,
lapidem asbeston gignit, qui semel accen-
sus nunquam extinguitur. Candidissime et
merule ibi nascuntur. Pannonia ab Al-
pibus Appenninis est appellata, quibus ab I-
talia secernitur; regio viris fortis et solo lata,
duobus fluviis acribus, Dravo Sa-
voque vallata. Coniungitur autem Norico et
Retia; habens ab oriente Misiam, ab austro

Istriam, ab affrico Alpes Appenninas, ab
occasu Galliam Belgicam, a septentrione
Danubii fontem et limitem qui Germaniam a
Gallia secernit. Histria vero ab Histro amne
vocatur qui in eam influit. Ipsa est
Danubius. Habet autem Istria a septentrione
Pannoniam. Italia olim a Grecis populis oc-
cupata magna Grecia appellata est; deinde
a regis nomine Saturnia, mox et Latium
dicta eo quod idem Saturnus ab Iove sedibus suis
pulsus ibi latuerit. Postremo ab Italo
Siculorum rege ibi regnante Italia nun-
cupata est. Cuius situs longitudine est amplior
quam latitudine, atque in Eurum extenditur;
a circio Tirreno mari, ab aquilone Adri-
atico clauditur, ab occasu Alpium iugis
finitur. Terra omnibus rebus pulcherrima, soli
fertilitate, pabuli ubertate gratissima.
Habet lacus Benacum, Avernum atque Lucri-
num; fluvios Eridanum et Tiberim et tepen-
tibus fontibus lavacra. Gignit gemmas sir-
tites, lingurium et corallum, boas quoque serpentes,
lincem feram et diomedias aves. Italia
autem et Hispania ideo Hesperie dicte quod Gre-
ci ab Hesperio stella navigantes in Italiam et in Hi-
spaniam, quia et utrique dicuntur. Aut enim
Hesperia sola dicitur, et significat Italiam,
aut addis ultimam, et significat Hispaniam,
que in occidentis est fine. Tuscia pars Itali-
e, Umbria vero pars Tuscie. Tuscia autem a
frequentia sacrorum et turis vocata, ἀπὸ
τοῦ θύειν. Umbria, ut historie narrant,
quod tempore aquose cladis imbribus super-
fuit, et ob hoc Umbria grece cognominata
est, cingens Appennini montis sita iuxta
Italie mediterranea. Flaminia pars
Italie dicta quia eius partes tendebat usque

adriaticum tuscis qui ante portum iam anteriores significat aliqui arcus finis uocatur. Roma cui fines antea usque tyberis ripam tenebantur. Alii etruriam dictam ab etrusco principe putant idem et tyrreniam a tyrreno lidie filio qui ex parte cum populi parte de meonia uenit ad italiam. Hec est et tuscia sic tusciam dicunt non demum ex augurum legendis. Tuscia autem a frequentia sacrificiis et thuris dicta est a theocitate alii et aruspicina dicunt esse repertam. Apulia ubi brundisium quod etholi diomede duce condiderunt. Campania sub trab hyeme dum atque estate uernantes sol ibi mitis grata tempore aer purus et blandus. Gallia a candore populi nuncupata est gala enim grece lac dicitur montes enim et rigor celi ab ea parte solis ardorem excludunt quo fit ut candor corporum non coloretur. Hec ab oriente alpium iugis ab occasu oceanus includitur a meridie prerupta pyrenei a septentrione fluenta reni atque germania cuius initium belgica finis aquitania est regio gleba uberi et pabulosa et ad usum animantium apta fluminibus quoque et fontibus irrigua perfusa duobus magnis fluminibus rodano et reno. Belgis autem ciuitas est gallie a qua belgica prouincia dicta est. Cis alpina quasi citra alpes est transalpina i. trans alpes contra septentrionem. Aquitania uero quod sit circa eam uel aquitania autem ab obliquis aquis ligeri fluminis appellata qui ex plurima parte terminus est eius circulum prope in orbem cingit. Hispania prius ab hibero amne iberia nuncupata postea ab hispalo rege hispania

nuncupata est. Ipsa est et uera hesperia ab hespero stella occidentali dicta. Sita est autem inter galliam et affricam a septentrione pyreneis montibus clausa a reliquis partibus undique mari conclusa salubritate celi equalis omnium frugum generibus fecunda gemmarum metallorumque copiis ditissima. Influunt eam flumina magna betis minius iberus et tagus aurum trahens ut pactolus. Habet prouincias sex terraconensem carthaginensem lusitaniam galliciam beticam et transfreta in regione affrice tingitaniam. Due sunt hispanie citerior que in septentrionis plaga a pyreneo usque ad carthaginem porrigitur alterior que in meridie a celtiberis usque ad gaditanum fretum extenditur. Citerior autem et ulterior dicta quasi citra et ultra sed citra quod terra citras et ultra ut quasi ultra ut quod non sit prius hac ulla hoc est alia terra

De lybia et partibus eius .iiii.

Lybia dicta quod inde libs flat hoc est affricus. Alii aiunt epaphi filium qui memphim in egypto condidit ex cassiopa uxore procreasse filiam libiam que postea in affrica regnum possedit cuius ex nomine terra libia est appellata. Affricam autem quidam nominatam inde existimant quasi apricam quod sit aperta celo uel soli et sine horrore frigoris. Alii dicunt affricam appellari ab uno ex posteris abrahe de cethura qui uocatus est affer de quo supra meminimus. Incipit autem a finibus egypti pergens iuxta meridiem per ethiopiam usque ad athlantem

montem, a septentrionali vero parte mediterra-
neo mari cuncta clauditur et in Gaditano
finitur freto. Huius provincias Libiam Cirene-
sem Penthapolim Tripolim Bizantium Car-
thaginem Numidiam Mauritaniam Tingi-
taniam et circa solis ardorem Ethiopiam.
Libia Cirenensis in parte Affrice prima est
a Cirene urbe metropoli que est in eius
finibus nuncupata. Habet ab oriente E-
giptum et ab occidente Sirtes maiores et
Trogoditas, a septentrione mare Libicum, a
meridie Ethiopiam et barbarorum varie
nationes et solitudines inaccessibiles
que etiam basiliscos serpentes creant.
Penthapolis greca lingua a quinque
urbibus nuncupata, id est Beronice, Cirenia,
Appolonia, Ptolomaidis, ex quibus Ptoloma-
is et Beronice a regibus nominate sunt. Est
autem Penthapolis Libie Cirenensi ad-
iuncta et eius finibus deputata. Tri-
politana quoque provincia quam greca lingua
sua signat a trium magnarum ur-
bium ... Sabrete, Leptis Magna. Habet
ab oriente Sirtes maiores et Trogoditas,
a septentrione mare Adriaticum, ab occasu
Bizantium, a meridie Getulos et Gara-
mantes usque ad oceanum Ethiopicum per-
tendentes. Bizantena regio ex duobus
nobilissimis oppidis nomen sortita
est, ex quibus unum Adrumetus vocatur, quod
... et patet passim ducenta et
amplius milia stadia ... et glebis
ita pinguis ut iacta ibi semina incre-
menta pene centesimi frugis renascantur.
Zeugis, ubi Carthago magna ipsa est et
vera Affrica, inter Bizantium et Numidiam sita,
a septentrione mari Siculo iuncta et a meridie

usque ad Getulorum regionem porrecta, cuius
prima quoque frugifera, sed ulteriora
bestiis et serpentibus plena atque onagris
magnis in deserto vagantibus. Getulia autem
Affrice pars mediterranea est. Numidia ab incolis
passim vagantibus sic vocata est, quod nullas
certas sedes haberent; nam lingua eorum incerte
sedes et vage Numidie dicuntur. Incipit
autem a flumine Amsiga in Zeugitanie
finibus; desinit hic in ... Sirtes
minores, a septentrione mare quod intendit
in Sardiniam, ab occasu Mauritaniam Si-
tifensem, a meridie Ethiopum gentes. Regio
campis pinguibus. Ubi autem silvestris
est feras educat, ubi iugis ardua equos
et onagros procreat. Eximio etiam marmore
predicatur, quod Numidicum dicitur. Habet autem urbes
precipuas Yponem Regium et Rusicadam.
Mauritania vocata a colore populorum;
Greci enim nigrum mauron vocant; sicut enim
Gallia a candore populi, ita Mauritania
a nigro nomen sortita est. Cuius prima
provincia Mauritania Sitifensis est,
que Sitifi habet oppidum, a quo et voca-
bulum traxit. Mauritanie
Cesariensis colonie Cesaree civitas
fuit et nomen accepit provincie. Ambe
igitur provincie sibi contigue ab oriente
Numidiam habent, a septentrione mare mag-
num, ab occasu flumen Malvam, a meridie
montem Astrixim, qui discernit inter
fecundam terram et harenas iacentes usque
ad oceanum. Mauritania Tingitania
a Tingi metropolitana huius provincie
civitate vocata est. Hec ultima Affrice
exurgit a montibus septem, habens ab ori-
ente flumen Malvam, a septentrione fretum

gaditanum ab austro oceanum athlanticum
a meridie garamantum gentes usque ad egypti-
um oceanum perveniens regio gignens
feras simias dracones et strutiones olim
etiam et elephantes plena fuit quos sola
nunc india profert. Garamantis regio-
nis caput garama oppidum fuit. Est
autem inter cirenensem et ethiopiam ubi
est fons qui friget calore diei et calet
frigore noctis. Ethiopia a calore
populorum dicta quos solis vicinitas tor-
ret denique vim syderis prodit hominum
color est in ingens estus ibi namque cons-
cius sub meridiano cardine est. Circa occi-
dentem autem montuosa est. Harenosa in
medio ad orientalem vero plagam deserta.
Cuius situs ab occiduo athlantis mon-
tis ad orientem usque ad egypti fines
porrigitur a meridie oceano a septentrione
Nilo flumine clauditur plurimas habens
gentes diverso vultu et monstruosa specie
horribiles et ferarum et serpentum referta
est multitudine. Illic quippe rinoceronta
bestia et camelos pardos basiliscus dra-
cones ingentes et ex quorum cerebro gem-
me extrahuntur. Jacinctus quoque et criso-
passus ibi reperiuntur cynamomum quoque
ibi colligitur. Due sunt autem ethiopie una
circa ortum solis altera circa occasum in
mauritania. Extra autem tres partes orbis
quarta pars trans oceanum interior in meridie
que solis ardore nobis incognita est
in cuius finibus antipodas fabulose in-
habitare produnt. Provincie autem maurita-
nia hispanie est deinde numidia in
regione Karthaginensis post quam getu-
liam accipimus post ea ethiopia inde
loca exusta solis ardoribus. [illegible]

sive quod quedam provincie primi domini nomine
auctoris appellate sunt provincia germania gens
nomine est ferum. Namque ab italo italia
et rursus ab italia italus et sic utrumque pa-
nonia getis quo sunt primi nomine auc-
toris unde dinatur e nomine provincie
ex quo accidit ex uno nomine nominari
et civitatem et regionem et gentem. Provincie
autem ex causa vocabulum acceperunt. Quin-
tipartitus namque genus quin ad reges ali-
os pertinebat cum victis fuerunt romani
vincendo redigerent procul positas regio-
nes provincias appellaverunt. Patria autem
vocata quia communis sit omnium qui in ea
nati sunt. Terra autem superficialiter positum
elementum vocatur vero singulas partes ut
italia affrica eadem et loca namque loca et
terre spacia in orbe terrarum multis in se con-
tinet provincias spacium in corpore locus est
una pars multa in se continens membra
spacium et domus multa habens in se cubicula
sic terra et loca dicuntur terrarum spacia quedam
partes sunt provincie spacium Asia frigia
in gallia recia in hispania betica namque
asia locus est provincie asie frigia eius
regio frigie ilium civitas troie. Item
regiones partes sunt provinciarum quas vul-
gus conventus vocant spacium in frigia troia
in gallicia cantabria asturia. Territorium
autem regio nuncupata est cuius partes
territoria sunt. Territoria autem vocata
quasi trituria tritum bobus et aratro
antiqui enim sulco ducto et possessionum et
territorium limites designabant.

Sequitur de insulis v.

Insule dicte quia in salo sint hoc est mari
ex quibus quoque notissime et maiores quibus

plurimi veterum sollerti studio indagaverunt no-
tande sunt. Britannia oceani insula interfu-
so mari toto orbe divisa a vocabulo sue
gentis cognominata. Hec adversa gallias parte
ad prospectum ispanie sita est. Circuitus eius
quadragies octies septuaginta quinque mili-
a. Multa et magna flumina in ea fontes
calidi metallorum larga et varia copia. Et
agates lapis ibi plurimus et margarite.
Tanatus insula oceani freto gallico a
britania estuario tenui separata frumenta-
riis campis et gleba uberi. Dicta autem
thanatos a morte serpentum quos dum ipsa
nesciat asportata inde terra quoque gentium
necata sit angues illico perimit. Tyle
ultima insula oceani inter septentrionalem et
occidentalem partem ultra britaniam a sole
nomen trahens quia in ea estivum solsticium
sol facit et nullus ultra eam dies est. Unde
et pigrum et concretum est mare eius. Orch-
ades insule oceani intra britaniam po-
site numero xxxiii. quarum xx deserte
sunt xiii. coluntur. Scotia idem et hiber-
nia proxima britanie insula spacio terrarum
angustior sed situ fecundior. Hec ab affrico
in boream porrigitur. Cuius partes priores hiberiam
et cantabricum oceanum intendunt unde et
hibernia dicta. Scotia autem quod ab sco-
torum gentibus colitur appellata. Illic nulla
anguis avis rara nulla apis adeo ut
advectos inde pulveres sive lapillos
si quis alibi sparserit inter alvearia exa-
mina favos deserant. Gadis insula
in finibus betice provincie sita que dividit
europam ab affrica in qua herculis in fine
columpne et inde tyrreni maris faucibus
oceani estus immittitur. Est autem a contine-
nti terra c. xx. passibus divisa quam tyri

a rubro mari profecti occupantes in lingua
sua gadir id est septa nominaverunt pro eo quod
circumsepta sit mari. Nascitur in ea arbor
similis palme cuius gummis in pectu vitri
ceraunium gemma redditur. Fortunatarum
insule vocabulo suo significant omnia ferre
bona quasi felices et beate fructuum ubertate.
Sua apte enim natura preciosarum poma silvarum
parturiunt fortuitis vitibus iuga collium
vestiuntur ad herbarum vicem messes et olus
est. Unde gentilium error et secularia carmina
poetarum propter soli fecunditatem easdem pa-
radisum esse putaverunt. Site sunt autem in
oceano contra levam mauritanie occiduo
proxime inter se interiecto mari discrete.
Gorgades insule oceani obverse promonto-
rio quod vocatur hesperiterus quas incoluit
gorgones femine alitum pernicitate insu-
to et aspero corpore et cultis insule cogno-
minate. Distant autem a continenti terra bidui
navigatione. Hesperidum insule vocate
a civitate hesperide que fuit in finibus
mauritanie. Sunt enim ultra gorgades site
sub athlanteum litus in ultimum maris
sinus. In his ortis fingitur draconem fa-
bule pervigilem aurea mala servasse.
Fertur enim ibi sinus maris esse natium adeo
sinuosis lateribus tortuosum ut in serpentibus
pauci lapsos angues imitetur. Crisa et
argira insule in indico oceano site a-
deo fecunde copia metallorum ut plerique
eas aurea superficie et argenteam habe-
re dixerint unde et vocabula sortite sunt.
Taprobana insula indie subiacens a-
d eurum ex qua oceanus indicus incipit
patens in longitudinem dccc. lxxv. mi-
lia passuum in longitudinem xxv. stadi-
orum scinditur amni interfluo tota mar-

margaritis repleta et gemmis propter eius bestijs
et elephantis repleta est preterea vero ...
tenet. In hac insula dicitur in uno anno
duas esse estates et duas hyemes et bis
floribus vernalem totum. Tyles insula
Indie virens omni tempore folia. Britannie
oceani insule que ab Ilio(?) posite usque
ad Gades in mari magno sunt constitute.
Cyprus insula a civitate Cypro que
in ea est nomen accepit ipsa est et Paphos
Veneri consecrata in Carpathio mari vicina
austro famosa quondam divicijs et eris
maxime. Ibi enim prima huius metalli
inventio et utilitas fuit. Creta Grecie
pars est in mergens contra Peloponnesum que primum
Aerie celi temperamento prius appella-
ta est deinde Creta dicta a Crete quodam
indigena quem volunt Curetum
fuisse a quo ibi Iupiter absconditus et
nutritus est. Est autem insula Grecie ab
ortu et occasu longissimo tractu por-
recta a septentrione Grecie ab austro
Egyptius undis interfusa. Fuit autem
quondam centum urbibus unde et Hecatompolis
dicta. Prima enim remis et sagittis
claruit prima litteras iura fuerunt, equestres
turmas prima docuit studium musicum
ab Ideis Dactylis in ea ceptum. Capreis
copiosa cervis eget lupos et vulpes
aliaque ferarum noxia nusquam gignit. Ibi
serpens nulla nulla noctua et si venerit
statim moritur. Larga est autem vitibus et ar-
boribus. Diptamnus herba in Creta nascitur
et abinde que ad morsum ... famosa
phalangios autem venenatos gig-
nit et lapidem qui Ideus dactylus dicitur.
Abidus insula in Europa super Elles-
pontum ponte angusto et periculoso mari

separata et Abidus Grecie dicta quam sic intercidit
Ellesponti maris in quo Xerxes Persarum rex pontem
ex navibus fecit et in Greciam transivit. Coos
insula adiacens provincie Attice in qua Ypo-
crates medicus natus est que ut Varro
testatur arte lanificij prima in ornamen-
ta feminarum claruit. Ciclades insule
antiquitus Grecie fuerunt quas in medio Ciclades
continuat dictas quod licet spacijs longio-
ribus a Delo circumiecte in orbe ... de-
tur sunt. Ciclades vero non quod in orbe
digeste sunt sed propter scopulos qui circa easdem
sunt Delas putat Ciclades ... Melos po-
to ... et ... in mare constitute
... eorum pelago ... incipiunt
omnes in medio ... tenentes a septentrione
Tenedum a meridie scilicet Carpathum ab oriente
metropolis earum Rodus. Delos insula
in medio Cicladum sita. Dicta fertur Delos
quod post diluvium quod Ogigij temporibus notatum
tum multis mensibus continua nox ... um-
brasset, ante omnes terras radijs solis
illuminata et aperta sit. Ex eo nomen
accepit quod prima manifesta fuisset. Insu-
lis namque Delon Grece manifestum dicitur. Ipsa
est et Ortigia eo quod primum ibi visi sunt
coturnices aves quas Greci ortigias
vocant. In hac insula Latona enixa
est Apollinem et Dianam. Delo autem civi-
tas dicta insula. Rodus Cicladum prima
ab oriente in qua ... capitulum dicitur centum
... civitates ... ex quo
et urbs insula Rodus est appellata. In
hac urbe solis colossus fuit ereus, colos-
sus autem ... lxx. cubitorum altitudine
fuit et alij centum in eadem insula co-
lossi erant minores. Tenedos una ex

cycladibus a septentrione sita in qua olim
civitas esse quondam condita est unde no-
men urbis illius vel potius insule fuit
Tenedos tenes iste a [illegible] qui cum nover-
ca sua [illegible] fugiens hanc insulam
vacuam cultoribus obtinuit unde tene-
dos dicta est et per [illegible] Tenne [illegible] cuius
ex nomine tenedos vocatur Carpathus vel
ex cycladibus a meridie posita contra egipti
aqua carpathium mare appellatum est voca-
ta per celerem fructuum maturitatem et in-
ter egiptum et rodum est hec insula
dicuntur et carpathie naves magne et
spaciose Cythera insula una ex cycla-
dibus a parte australi sita cuius prius
antea nomen erat [illegible] aut vocata
quia ibi Venus fertur orta Icaria insula
una ex cycladibus que Icario mari nomen
dedit in qua [illegible] sancti et [illegible] [illegible]
saxis in hospitalis est et illius [illegible] por-
maior et dictus marcus quod maior sit
ad cedendum et fortior. Marcellus me-
diocris marculus malleus pusillus mal-
leus et velud in fabrica ferrum tamen mal-
leolus fixor malleus magnus icibus tundit.
Forceps quasi ferriceps eo quod ferrum
candens capiat teneatque sive quod ab
hiis aliquid formum capimus et tenemus
quod formum capis nam formum est calidum
unde et frondum unde et formosum dicimus
quibus color sanguinis excrucialis pulch-
ritudinem creat. Lima dicta eo quod leve fa-
ciat nam limare leve est. Salum est unde
operatur argentarius aquo et celata napa dum

Incipit capitulum de fabricis pictura

N fabricas picturę atque tec
torum grecj et vitorium
dedalum asserunt iste enim
primus didicisse fabricam
minervam dicitur fabros autem
sive artifices greci tectones vocant
id est instructores Architecti autem cementa
rii sunt qui disponunt in fundamentis vnde
et apostolus de semetipso quasi sapiens
inquit architectus fundamentum posui
Machiones dicti a machinis in quibus
assistunt propter altitudinem parietum.

Sequitur de dispositione ·u·

Edificiorum partes sunt tres disposi-
tio constructio venustas Disposi-
tio est area vel soli et fundamentorum

De constructione et descriptione

Constructio est laterum et altitudinis
edificatio Constructio autem vel
instructio vocata eo quod instigat et
cohęrere faciat ut lapides luto et lig-
na et lapides in vicem sibi unde et e con-
trario si magna instructura congeri-
em eandem tingatur instigi et cohere-
nam per ferrum Item constructio antiqui-
tudine lapidum et lignorum dicta vnde
strues Aliud est enim edificatio aliud
instauratio unde edificatio noua constru-
ctio est instauratio non quod reparatur ad
instar prioris nam instar veteres
pristitudine ponebant vnde et instau-
rare dicebant Constat autem funda-
mento lapidibus calce harena et lignis
Fundamentum dictum quod fundus sit
edificij Idem et cementum accedens
dictum quod crasso lapide surgit lapi-
des instructuris apti albus tyrbur-
tinus columbinus numidicus (?) ut fingerea
rubeus et reliqui Alius lapis aliud

durus alius mollis mollis dealbata fra-
gilitas tractabilis et apte est ita ut in
eo quasi in ligno serre studebat Ty-
burtinus a loco italie dictus qui durus sit
ad fabricam fortis vapore tamen dissilit
Tofus edificijs inutilis est fundamentis
aptus mortalitate ac mollicie Exces-
tu enim et aliter maris sciatur et vlceratur
ymbribus arenatis generatus maris ha-
renis sicut et bibulus dicitur prout enim hu-
more acceptum id est electica gaditanus
a binsula oceani vbi plurimus oritur
Pipirinus sub albinus cum punctis nigri
dum quod atque fortissimus Cotleatius coclearis
lapillus quod et harena generatus asperi(us)
et medium fistulosus Columbinus a colo-
ris inmiprudentia (?) natura virius gypso
et mollicie similimus et Solatis in pictibus
vtilis quod est quedam pigmentorum natura
cuius duritia et aspera ex quo eam et mo-
le fuit vnde et nomine traxit Numicus
num rubra genera albus niger permixtus et fis-
tulosus et tamen aptus Silex durus
lapis ex quibus genera nigri silices optimi
quibusdam in locis et rubentes albi sili-
ces contra vetustate incorrupti idem
et in monumentis sculpi et incorrupti
permanent quibus nec ignis quidem nocet
vnde et lapis et permanent in quibus
era fundunt Viridis silex vehementer
et ipse igni resistens sed nusquam copiosus
et vbi inuenitur lapis non saxa est Pal-
lidus in (?) rara utilis globus est
in iuncis fortis et in structura in fidus id
fuit vita conservacione deuinctus Flu-
minalis silex semper velut madens
est sicut estate consiliari oportet non an

[illegible] inserere instructiuis domorum fict-
tum apium ad parietes et fundamenta cortis
latericiis adiecta in ubiregulis tegulisque
aptatur. Tegule vocate quod tegant domus
et ymbrices quod accipiant ymbres. Te-
gle autem prime positionis nomen cuius di-
minutiuum tegillum. Laterculi vocati quod
lati formentur circumactis undique tabulis. La-
teres autem crudi sunt qui et ipsi laminate inde
quod lati ligneis formis efficiantur quorum cru-
dos dicunt inquilini luti ingredi latericibus
crudis parietes fiet. Sunt enim quedam
iones cameras dicta apotocratum id est quod
se in vicem teneat. Lutum autem vocatum
quidam pontificium putant quod non sit
mundum nam omne lutum immundum est. Cal-
cis viua dicta quia dum sit tactu fri-
gida intus occultum continet ignem unde
perfusa aqua statim latens ignis eru-
pit. Natura eius miro aliquo facit postquam
igne enim arserit incenditur aquis. Cuius solum autem
de usus eius in structuris fabrice necessarius
nam lapis lapidi non potest adherere fortius
nisi calce iunctus. Gypsum cognatum
calci et est grecum nomen. Plurimum eius gra-
cium autem optimum lapidi speculari est. Cum
signis edificiorum et coronis gratissimum.
Harena ab ariditate dicta non ab adhe-
rendo in fabricas ut quidam volunt. Cuius
probatio si manu impressa strideat aut si
in vestem candidam sparsa nihil sordis
relinquet. Columpne a longitudine et
rotunditate vocate in quibus totius fabrice
pondus erigitur. Antiqua ratio erat colump-
narum altitudinis tertia pars latitudinum. Genera
rotundarum iiii^or dorice ionice tuscanice
constructe mensura crassitudinis et altitu-
dinis distantes. Quintum genus est earum que

vocantur attice quaternis angulis aut amplius
paribus laterum interuallis. Bases ful-
cimenta sunt columpnarum que a fundamento
consurgunt et supportare fabrice sustinent
pondus. Nam basis autem nomen petre est
fortissime siue firme. Capitalia que
sunt columpnarum capita quasi super collum
caput. Epistilia sunt que super capitel-
la columpnarum ponuntur et est grecum. Pa-
uimenta originis apud grecos sunt.
Vocata autem pauimenta eo quod paueantur
id est cedantur unde et pauor quod cedit cor.
Ostratum est pauimentum testaceum eo
quod fractis testis calce admixta feriatur
testam enim greci ostra dicunt. Rudus
artifices appellant lapidem contusum et
calce admixtis quos pauimentis fa-
ciendis super fundunt unde et rudera dicuntur.
Canalis alueus quod caua sit in modum
canne siue canale melius quam fecit
quem magistris preferimus. Fistule aquarum
sunt dicte quod aquas fundant et mittant
nam isola grece mitte fornice earum per a-
que magnitudine et capacitate sunt per
quas aque per certos modulos diuiduntur
equilibus vncia est et quinaria digitus qua-
dratus digitus rotundus et certi modi.

De venustate iiii

Venustate usque per constructionis sequitur
de venustate edificiorum. Venus-
tas est quicquid illis ornamentis et
decoris causa edificiis additur ut tec-
torum auro distincta laquearia et preciosi
marmoris crustae et colorum picture.

Sequitur de laquearijs v.

Laquearia sunt que cameram subte-
gunt et ornant que et lacunaria
dicuntur quod lacus quosdam quadratos

vel rotundos ligno vel gypso vel coloribus
fictos pictos cum signis intermicantibus
Diapalis autem latus dicitur vel lacunis
repletum exceptis latus cum diminutio
lacunar facit ut oracunis neque aurum
mea renidet in domo lacunar. Unde
fit alia diminutio lacunarium pancis-

De crustis xi | tam laquearium facit

c Crustae tabulae sunt marmoris
unde et marmorata parietes crus-
tati dicuntur. Primus autem marmora
secandi in crustas artem excogitaverit
non constat fuit harena et ferro serra
quae in praetenuem lineam premente harena
tractuque ipso secante. Crassior harena
plus erodet marmoris, nam tenuis
salvitas et politurae accomodata est.

Sequitur de lithostrotis xii ;~

l Lithostrota sunt elaborata arte
picturae parvulis crustis ac tessel-
lis tinctis in varios colores. Tessellis
autem a tesseris nominati i. quadratis

De plastis | lapillus per diminutionem

l Plastice est pictura ex gypso effi-
gies signaque exprimere pingi-
que coloribus. Plastice dicitur quod
latine est fingere terra vel gypso similitu-
dines. Nam et impressa argilla for-
mam aliquam facere plastis est. Unde et
protoplastus dictus est homo qui ex limo

De pictura xiii | primo est conditus

p Pictura autem est imago expri-
mens speciem rei alicuius quae dum
visa fuerit ad recordationem mentem
adducit. Pictura autem quasi fictura est.
Est imago non veritas. Hinc et fucata
i. ficta quodam colore allita nihil fi-
dei et veritatis habentia unde et sunt quedam
picturae quae corpora veritatis studio coloris
excedunt et fidem dum augere contendunt ad
mendacium provehunt sicut qui chimeram
tricipitem pingunt vel Scyllam hominem
sursum caninis autem capitibus cinctam
deorsum. Picturam autem Egyptii exco-
gitaverunt primum umbra hominis lineis
circumducta. Itaque initio talis, secunda singulis
coloribus, postea diversis sicque paulatim se
se ars ipsa distinxit et invenit lumen
atque umbras differentiasque colorum. Unde et
nunc pictores prius umbras quasdam
et lineas futurae imaginis ducunt, de-
inde coloribus complent tenentes ordinem

De coloribus xiiii | inventae artis

c Colores autem dicti quod calore
ignis vel solis perficiuntur sive quod
initio celabant vel fingere subtilitatis
existeret. Colores autem aut nascuntur aut
fiunt. Nascuntur ut sinopis rubrica pa-
raetonium melinum eretria auripigmentum.
Ceteri finguntur aut arte aut permixtione.
Sinopis inventa primum est in Ponto, in-
de nomen a Sinope urbe accepit. Spe-
cies eius rubra et minus rubea et inter has
media. Rubrica vocata quod sit rubra et
sanguineo proxima. Hec plurimis locis gig-
nitur sed optima apud Pontum, unde et Pontica
dicitur. Siricum rubei coloris pigmentum
ex quo et librorum capita scribuntur. Ipsum est
et siricum appellatum ita eo quod in Siria
colligatur in litoribus rubri maris. Sunt se-
meses intersistunt. Aliud est autem siricum
aliud siricum. Nam siricum lane est quam
seres mittunt, siricum vero pigmentum
quod Syri Phenices in rubri maris litoribus
colligunt. Est autem inter facticios nam fit
fit autem sinopide aut sandice mixtis

Minium greci primum in ephesiorum solo in-
venisse traduntur. Cuius pigmenti hispania
ceteris regionibus plus habundat unde etiam
nomine proprio flumini dedit. Huius distilla-
to liquidum argentum dedit. Minium
aut sicut quidam dicunt esse cinnabarim
Cinnabarim a dracone et barro id est ele-
fanto cognominatum. Aiunt enim draconem
sanguine esse dum implicant elefantes
ruunt enim belue et dracones obruuntur
quorum fusus cruor terram inficiat atque
pigmentum quidquid solo tinxerit. Est
autem pulvis coloris rubri. Prasin
id est creta viridis et fit in aliquibus terris
purissime generatur optima tamen in libia cire-
nensi. Crisocolla colore purissima est dicta
quod vena eius aurum habere traditur. Fiet
in armenia nascitur sed ex macedonia plu-
ribus venit. Effoditur enim cum ex metallis eris
tamen inventio degenerum atque inditum reddit
nam vene eius de his sunt ultime
paucitate. Cypria ab insula cypro ubi
plurima reperitur. Sandaraca in insula
rubri maris topazo nascitur colores cinna-
bari odore sulphureo. Invenitur autem
in aureis et argentariis metallis me-
lior quo magis rufa quoque magis vi-
rus redolet quam quam et cerusa si torreatur
in fornace sandaracam facit unde et color
est flammeus. Si torreatur equa parte
rubrica admixta sandicem facit. Arse-
nicon quod latini ob colorem auripigmentum
vocant colligitur in ponto ex aurea ma-
teria ubi etiam sandaraca optimum est quod
in aureum colorem transit purum et fissile
quasi venarum distinctum. Quod vero palli-
dius aut sandarace similis est deterius iu-
dicatur est enim tertium genus squamosa quo
miscetur aureus color inscriptum ut sandarace

sit color. Ocra in ipsa in insula rubri ma-
ris topazion gignitur ubi et sandaraca fit
quoque et ocra excusta rubrica mollis
novis lutis coctis que quanto magis in
caminis arserit tanto melior fit. Cerusa
terraticum primum alexandria reperit in
italie cobarrae pulvere et nitri flore
idem faciunt sed cipria in fornace adusti
fiunt purissimum tam de sic historiarum fal-
tudo est. Purpurissum creta ar-
gentaria cum purpure pariter tinguitur bibitque
eum colorem celerius lanis precipuum est
tamen aliud quod adheret vaso crudibilem medica-
mentis in ebriatum proximum est egesto
eo addita creta in vas idem quod acces-
sit fit et ebibatur. Bonitas prosisse
superiore causa est quod istius madere infi-
cit rubri aque. Indicum indicis in
venitur calamis spuma adherente limo est
autem coloris cyanei mixturam purpure ceruli-
que mirabile reddens. Est aliud genus in
purpurariis officinis spuma innatans cortinis
in natans quam infectores detrahentes sic-
cant. Atramentum dictum quod sit atrum cuius
species et picture et cotidiano usui necessaria
fiunt nam fuligo est. Fit enim in fal-
gine pluribus modis sup adustis tedis
resina adiecta laterculos edificata quod
fumum retineat. Sunt pictores eum aqua
admisceat glutinum ut illustrius splen-
deat ad scriptionem autem opus etiam
sarmentorum veteres carbones conglutino etiam
in diversis picturis atramentum speciem red-
dunt. Sunt et qui vini fecem siccatam
excoquunt affirmantque si ex bono vino
fex sunt indica speciem id atramentum
prebet sed et sarmentum vite nigro vino
optimo tinctum pretiosa quam sanctitate aru-
erit si excoquas et conteras addito glutine

sitorem medici reddit, nusquam plurima vena
nullo negotio invenit quam Yspaniam et glebas sili-
cas leni igne excoquas et aceto acerrimo
superfusam extinguas, inalesta confugia
colorem purpureum reddit et ubi generis
usta erit. Hunc autem atramentum sole per-
ficitur, similes colores talis admixtione
corrumpuntur. Melinum autem dicitur quod
eius metalli ferax sit una Cicladi-
bus insula Melos nomine, et cum candi-
dum sit, non utuntur eo pictores propter nimiam
pinguedinem. Anulare quod vocatur candidum
est, quo muliebres picture luminantur, fit
et ipsum ex creta admixtis vitreis ge-
mmis. Cerussa fit hoc modo: in vase cum
aceto acerrimo impleto sarmento ami-
nea in eodem vase collocabis ut super
sarmenta tabulas plumbi tenuissimas
ponas. Deinde vas diligentissime claudes
illinesque ne aliquid inspirari
liceat, post dies autem xxx aperies et ex-
cussa de tabulis innata cerussa in
ventum quod ablatum et arefactum teritur
atque iterum aceto admixto in pastillos
dividitur et in sole siccatur. Fiat aliquando
per laminas eneas sarmentis suppositas
eruginem creant calcanthum.

De instrumentis edificiorum xv

Structura autem iuncta adornari
fieri et ad perpendiculum videre
oportet. Norma dicta a Greco vocabulo
extra quam nichil rectum fieri potest. Componitur
autem ex tribus regulis ita ut due sint
binorum pedum, tertia vero pedes duos un-
cias decem, quas equali crassitudine
politas extremis cacuminibus sibi iungit
ut schema trigoni faciat. Id erit norma.
Regula dicta quod sit recta quasi recula
et impedimentum non habeat. Perpendiculum
est quod semper perpendit. Denique in fabrica
nisi omnia ad perpendiculum et etiam regulam
fiant, nec recte et electa materia instruantur,
ut aliqua prava sint, aliqua curvata,
prona non nulla, aliqua supina, et propter hoc omni-
a sunt constructa. Linea agitur quo ap-
pellata quia ex lino fit. Trulle nomen
factum eo quod trudit et detrudit, id est includit
calce vel luto lapides. Marcellus ma-
china. Scale a scandendo vel ascendendo
vocate. Sicut enim pieculis scale autem
dicuntur aut unde sed plures ex numero
tantum pluralis est nomine ut epulas.

De lignariis xii que significant

Lignarius generaliter ligni opi-
fex appellatur. Carpentarius no-
men est speciale, carpentum enim solum
facit, sicut navicularius qui tantum naves
et fabricator et artifex. Sarracator
dictus quod dentatis serrat et inde conectis
tabulis unum tecti parat corpus. Idem
et tignarius quia tectoria ligna in-
ducit. Lignum vocatum est ethimolo-
gia quia incensum in lumen vertitur et in
flammam. Unde lucinium dicitur quod lumen dedit.
Materia unde dicitur omne lignum quod exca-
liquid efficiatur, ut si ad ianuam vel fenestras
ut ad statuam materia erit ad aliquid enim
quod materia accipienda est, sicut elementa
materiarum rerum dicimus quia inde ea
que sunt facta videmus, et materia quasi mater
dicta. Trabes dicte quod in transverso parte
utrosque parietes contineat. Aliud autem
sunt tigna, aliud trabes; tigna enim iunc-
ta trabem faciunt; trabes autem sunt con-
iuncte dolate. Tholus quippe est veluti scu-
tulum breve quod in medio tecto est in quo

trales tornum Runcine vocate quod runcent
inse luctates luctates quod creta sunt in vice
teneat inde luctatum agirantes Asseres
abasse dicti quod soli ponuntur neque quitti
Scindule eo quod scindantur id est dividantur
exigiri et clavi sunt quibus lignum ligno ad
serit Clavi autem dicti quasi talabi quia
talide fiunt id est ferro talibus cum ferru
Tabule anterioribus tegule vocabantur a
tegendo scilicet unde et tegule Commissura dicitur
tabularum coniuncto facto aut dicta a scribendo
ea que tegit nam sertac sertac et segm
Serre autem nomen de sono factum est
id est stridere ferrum curvum quod usui perdo
quidam adolescens invenit quem puerum
Dedalus sororis nutrio sue studiis producendum
tepat cuius prima tantum ingenium fuit ut dum
natura dividende componendum quereret spi-
nam piscis imitatus effitio laminam ex
asperans dentium mordacitate armavit
cuius serram artifices nuncupant primus
artis inventione Dedalus magister eius
in medie lindie pinotus precipite puerum
ex arce deiecit deinde exulatus creta
abiit ubi aliquamdiu fuit ut fabule fe-
runt exorta pennis volavit et in aliam
venit Terebrum dictum quod terendo effi-
ciat circulum huius modi duplicitate linea
fit que simplex platitudine extensa
fiat pertica aut in medio circini Ce-
tra agrestis dicitur in cuius medium cuncta q
nergunt Securis vocatur eo quod arbores
ea succidantur quasi succuris Item securis
qui semi orbis cavea cum parte acuta e
exclita species sicut apud veteres penna
vocabatur utraque parte acuta bipennis na
bipennis dicitur quod ex utraque parte habeat acutam
aciem quasi duas pennas pennum autem
acutum antiqui dicebant unde et amni

quia acute et ecce nomen quod respirat an-
tiquitatem quia veteres pennas dicebant pin-
nas Hoc et dolabra quod habeat duo labra
nam securis simplex est Dextralis dextra
habilis Ascia ab assulis dicta quas a ligno
eximit cuius diminutivum est asciola est
autem manubrio brevi et adversa parte re-
simus vel simplice malleum aut cavatum
ut bicornis rastrum Scalprus dictus
quod scalpturis et formulis sit aptus quasi
scalporus cuius diminutivum est scalpellus
Terebra vocata aurine ligni qui in-
cipabatur que Greci teredonem vocant Hec
dicta terebra quod ut vermis teredo forat
quasi terefora quasi transforans Caracter
quasi terato Scofina dicta quod habendo
scobem facit Canterum cuneum

Incipitur liber xx de inventione i

m Invenerunt quidam gentiles
artes ingeniis perditam
sicut cum primum lanificii u-
sum monstrasse sicut dicta

telam ordisse et colorasse lanas perhibet. Hinc quoque hanc dicunt in textrice et fabrice multarumque artium repertrice. Ideoque illi vulgo opifices supplicant. Et poetice fingitur non enim Minerva est astari dicunt principes et quia sapientia in capite dicitur esse hominis et Minerva de capite Iovis nata fingitur. Sic est ingenium ideoque quia sapientis quod invenit omnia in capite est. Ideo et dea artium Minerva dicitur quia nichil excellentius ingenio quo reguntur universa.

De sacerdotali veste .xxi.

[Q]uattuor sunt in lege genera sacerdotalium vestimentorum. Podoris est sacerdotalis linea corpori astricta et usque ad pedes descendens unde et nuncupata quam vulgo camisiam vocant. Abanet cingulum sacerdotale rotundum polimita arte ex cocco purpura iacintoque contextum ita ut flores atque gemme in eo esse videntur distincte. Pilleum est bissino rotundo quasi spera media caput tegens sacerdotale et in occipitio vitta constrictum. Hoc greci et nos tyaram vel galeam vocant. Machil quod est tunica talaris tota iacintina habens ad pedes lxx tintinabula totidemque mala punica ac dependentia mala punica. Ephoth quod latine interpretatur superindumentum erat enim pallium superhumerale ex quatuor coloribus auro quoque contextum habens in utroque humero lapides duos smaragdinos auro clausos in quibus sculpta erant nomina patriarcharum. Logium quod latine dicitur rationale pannus duplex auro et quatuor coloribus textus habens magnitudinem palmi per quadrum cui intexti erant xii preciosissimi lapides. Hic pannus superhumerale contra pectus pontificis annectebatur. Petalum aurea lamina in fronte pontificis que nomen dei tetragramaton hebraicis litteris habebat scriptum. Bathin sive feminalia linee usque ad genua pertingentes quibus verenda velabantur.

De diversitate vestimentorum

labantur

[D]iversitas vestimentorum tegmen tegumentum indumentum vestimentum et reliqua. Tegmen dictum eo quod tegat membra sicud tegumenta que tegunt corpora. Vestimentum vero est quasi usque ad vestigium pertendens quasi vestigimentum ut est tunica talaris. Hec consuetudo plurimis auctorum confudit. Indumentum est intus quia ad corpus induitur quasi intumentum. Amictus dicitur autem vestis cultu quo lautius intelligitur cultus vero a cultu abstentus ut sericum adnatura pertinet cultus ad homines. Plerique vestium autem atque que maxime in usu sunt appellantur a locis ubi vel primum confecte vel maxime vendicantur aut a qualitate coloris aut a nomine repertorum. Vestis antiquissima hominum fuit parisomatum id est succinctorium quo tunc genitalia tegebantur. Sic primum primi mortales ex foliis arborum sibi fecerunt quia post prevaricationem erubescentes pudenda velabant. Cuius usum quedam barbare gentes dum sunt inde usque adhuc tenent. Hec et campestria nuncupantur pro eo quod iuvenes qui nudi exercebantur in campo pudenda operiunt. Tunica vestis antiquissima appellata quod in motu incedentis sonum faciat tonus enim sonus est. Primum autem fuere pellicie tunice quibus post offensam et eiectionem de paradyso adam et eva induti sunt. Talaris tunica dicta eo quod talos usque descendat et ad pedes defluat sicud pectorales que apud antiquos tunice

ciat ut tm̄ pectus operit hec mīc p(re)-
ssior ē. Mamuleta tunica · i · manicata
eo q(uod) h(abe)at manicas q(ua)m cirodotam g(re)ci
vocant. Dalmatica vestis p(ri)mum i(n) Dal-
matica p(ro)uincia g(re)cia texta ē tunica
sacerdotalis candida cū clauis ex purpura
Russata quā greci fenicea vocant
nos coccinea r(e)pertam a Lacedemonijs
ad celandam coloris similitudine(m) sanguinis
quociens quis i(n) acie vulneraretur ne co(n)tra-
positi aduersarios animus augesceret. Hac
sub consulibus romani usi s(un)t milites unde
etiam et russati vocabantur. Solebant
etiam p(ri)die quam dimicandum eet ante
principia p(ro)poni q(ua)si admonitio et indiciu(m)
future pugne. Laculata ē que latus q(ua)-
dratos quosdam cū pictura h(abe)t intextos
aut additos ~~satto tēp~~ Laquirina vestis
aereo colore resplendens. Molocinia
que e malvarum stamine c(on)texit(ur) q(ua)m alij
molochinam alij manicatam vocant. Bambi-
cina e bombice vermiculo qui longissima
ex se fila generat quorum textura bombici-
num d(icitu)r c(on)ficit(ur) ꝫ i(n) insula ciido apocala-
ma Serica a sericis dicta ut q(uod) eam
seres p(ri)mi miserunt. olosirica tota se-
rica olo(s) enim totum. Tramoserica stamine
lino trama ex serica. olosphora tota
ex purpura olo(s) enim totum. Byssina can-
dida confecta ex quodam genere lini gros-
sioris s(un)t et enim genus q(uo)dam lini bissu-
ec exprimat fibrina carpina mastici-
na et linea. linea qua ex solo lino
fit. Linostema vestis ē ex lana lino q(ue)
contexta et dicta linostema quia i(n) stamine
linum i(n) trama lanam h(abe)t. Recta dicitur
vestis quam sursum versum stantes texe-
runt. Segmentata zonis quibusdam et q(ua)si

p(re)cisos amentis ornata. [illegible] & p(re)textas
quecumq(ue) materie abscisas p(er)egrinas vocant
Leudensis q(uia) raro filo fit leniterq(ue) de-
sata. Pauitensis contra leudensis dicta q(uia)
g(ra)uius spissa atq(ue) calcata. Citrosa quasi
corrugata ad similitudine(m) citri. Sic enim
pulcherrimamq(ue) [illegible] vestem citrosam.
Talencepis tunica ē que affert ex i(n)-
sulis. exotica vestis peregrina de foris
veniens ut i(n) hispania a grecis. Polimi-
ta multi coloris polimitus enim textus
multorum colorum ē. Acupicta vestis arte
textilis ut acu ornata eadem et frigia
[illegible] cum artis dinces frigij p(ri)mi dui-
sine q(uia) i(n) frigia i(n)venta ē. Unde et ar-
tifices qui eam faciunt frigiones dicu(n)t(ur).
Virgilius frigiaq(ue) clamidem. Trilicis
auratis liciis quia ē et simplex et bilex
villa que vulgo rapsus d(icitu)r inepolla
vestis illa vocatur que dum fit textus
adnodatur spem retexitur. Pannucia in-
cupata eo q(uod) fit diversis pannis dissuta
Colobium dictum q(uia) longum ē s(i)ne manicas
antiqui enim hoc magis utebantur. Lani-
tonarium ē colobium lineum sine manicis
quale egyptij monachi utuntur. Subac-
dicitur q(uia) lumbis restringitur ut quod
lumbis h(abe)at hoc i(n) egipto et siria
no(n) tm̄ femine s(ed) et viri utebantur unde
et Jeremias tu(m) Eufrate iubet lubare
suum ab illud i(n) foramine petre abs-
condit et p(ost)ea scissum repperit. Hoc et ali-
q(ua)ndiu renale d(icitu)r quia i(n) renibus alligatur.
Limum ē vestis que ab umbilico usq(ue)
ad pedes p(ro)ducitur. Hec aut(em) vestis h(abe)t
i(n) imo sui purpuram lineam · i · flexuosa(m)
unde et nome(n) accepit. Nam limum obli-
quum dicimus. Licium vocatur q(uo)d textura

ty ligata eius sit, mitra quasi diceret
ligam .c. per .g. littera mutata. Armelau-
sa vulgo vocata quod ante et retro divisa
atque aperta est, in armos tantum clausa, quasi
armiclausa, r littera ablata. Camisias
vocatas quod in his dormimus in camis,
id est in stratis nostris. Femoralia appellata
eo quod femora tegant. Ipse et brace quod sint
breves et verenda corporis his velantur. Tu-
brucos vocatos quod tybias bracasque te-
gant. Tubrucia quod a bracis ad tibias usque.

De vestibus quarundam gentium

[Q]uibusdam autem nationibus sua cuique
propria vestis est, ut parthis sarabare, galli[s]
linne, germanis renones, hispanis strin-
ges, sardis mastruge. Sarabare sunt
fluxa ac sinuosa vestimenta, de quibus
legitur in Daniele: et sarabare eorum non
sunt mutate, quem publius ut quod ergo in ve-
rbe tuo parthi sarabaram suffede-
runt. Apud quosdam autem sarabare dicuntur
capitum tegmina, quales vi-
demus in capita magorum picta. Linne
quadrangula et mollia sunt. De quibus
plautus: linna cooptas est textrino galli-
a. Renones sunt velamina humerorum
et pectoris usque umbilicum, atque intortis
villis adeo hispida ut ymbrem respuant,
quos vulgus reptos vocat eo quod lon-
gitudo villorum quasi reptat. De quibus
Salustius: germani intectum renonibus cor-
pus tegunt. Dicti autem renones a reno
germanie flumine, ubi frequenter utuntur.
Mastruga vestis germanica ex pellibus
ferarum, de qua tyceo pro scauro: quem purpura
regalis non commovit, eum sardorum mastru-
ga mutavit. Mastruga autem quasi mons-
truosa, eo quod qui induantur quasi in ferarum
habitu transformantur. Dimostuit [?] et gentes ita
habitu sicut et lingua discordes. Persae brach[ia]
et crura linamentis, caput thiara tegunt.
Eminent apicibus sagati Alani. Sordet
et male tecti cum lateralibus linguis Sco-
tici. Sagati sunt Almani. Linteati Indi,
gemmati Persae, sericati Seres, pharetrati
Armenii. Non nullae etiam gentes non solum
in vestibus sed in corpore aliqua sibi propria quasi
insignia vindicant, ut videmus cirros
germanorum, granos et cinnabar gottorum, et
stigmata brittonum. Circumcidunt quoque iu-
dei preputia, pertundunt arabes aures, fla-
vent capitibus intectis gete, nitent al-
bani albentibus crinibus. Mauros habet tetra
nox corporum, Gallos candida cutis. Sine
equis inertes exstant alani. Nec abest
genus pictorum nomen a corpore, quod minutis
opifex punctis et expressos nativi gra-
minis sucos includit, ut has ad sui spe-
cimen cicatrices ferat pictis artubus
maculosa nobilitas. Habet et feminis insigni-
ta propria, sicut in viris tonsura capilli,
in mulieribus redundantia crinium; quod
maxime virginibus in specie quadrat, et orna-
tus ipse proprie sic est, ut convolute in ver-
ticem ipsum capitis sui arcem ambitu
crinium contegant.

De palliis

[P]allium est quo ministrantium scapule
conteguntur, ut dum ministrant expe-
diti discurrant. Plautus: si quid facturus es,
appende in humeris pallium et pergas quantum
valet tuorum pedum pernicitas. Dictum autem
pallium a pellibus, quia prius super indumen-
ta pellicia veteres utebantur, quasi pellea,
sive a palla per derivationem. Clamis
est que ex una parte induitur, neque consuitur,
sed fibula infrenatur; inde et Greci nomen accepit.

Toga dicta quod velamento sui corpus tegat
atque operiat est autem pallium purum forma ro-
tunda et fusiore et quasi in undante sinu et sub dex-
tro veniens super humerum sinistrum ponitur
cuius similitudine in operimentis simulacrorum
vel picturarum aspicimus easque statuas to-
gatas vocamus toga autem romani in pace
utebantur belli autem tempore paludamentis me-
sura toge iuste sex ulnas habebat toga
palmata dicebatur quam utebantur hij qui
reportabant de hostibus palmas ipsa vero voca-
batur et toga picta eo quod victorias cum pal-
mis intextas haberet toga candida eadem
quod cretata in qua candidati id est magistratum
petentes ambiebant addita creta quo
candidior insigniorque esset Cicero in
oratione qua habuit contra competitores in toga
candida scripsit Cinctus gabinus est cum
ita imponitur toga ut toge lacinia que
postea retro reiicitur attrahitur ad pectus ita
ut ex utroque latere humeros picture pendeat
ut sacerdotes gentilium faciebant aut
tingebantur pectores Trabea erat toga
ex purpura et cocco qua opertis initio
romanorum reges procedebant hanc primum
romulus adinvenisse perhibetur ad discretionem
regij habitus trabea autem dicta quod in maiori
gloria hominem transbearet hoc est ultra et in
posterum ampliori dignitate honoris beatum
faceret Paludamentum erat insigne pal-
lium imperatorum cocco purpuraque et auro
distinctum de quo et salustius toga inquit
paludamento mutavit erat autem pallium
bellicum dictum quod in bellum pergentes videbatur quod
in ductus eo palam fieret imperator bel-
lum futurum Circumtextum est quod grece
cyclas dicitur de quo virgilius et circumtextum
croceo velamen achanto circumtextum autem

dictum quia rotundum est pallium Diplois
grecum nomen habet eo quod duplex sit amictus
Oratius quem duplici panno patientia
velat est autem vestis militaris cuius usus
gallicis primum expeditionibus cepit eo quod
dat hostili de qua mos est illa senatum
togis depositis quirites ad saga fuisse
Sagum autem gallicum nomen est dictum
autem sagum quadrum eo quod apud eos
primum quadratum vel quadruplex esset
Penula est pallium cum fimbrijs ancis
Lacerna pallium fimbriatum quo olim soli
milites utebantur unde et in distinguenda
castrensi urbana que turba hos togatos
illos lacernatos vocabat unde autem lacer-
ne quasi amputatis capucijs fimbrarum
neque ita laxis ut sunt penularum Man-
tum hispani vocant quod manus tegat tantum est
enim breve amictum Pretexta puerile
est pallium quousque ad sedecim annos
pueri nobiles sub disciplina tutum utebantur
unde et pretextati pueri appellati sunt dicta
autem pretexta quia pretexebatur ei lator
purpura Casula est vestis cucullata dicta
per diminutionem a casa quod totum hominem
tegat quasi minor casa unde et cucul-
la quasi minor cella Sic et greci planetas
dicunt quia horis erraticis evagantur
unde et stelle planete id est vage eo quod
vage suo errore motuque discurrunt
Birrus agresto vocabulum habet illi
enim birros dicunt Melotes que etiam
pera vocatur pellis est caprina a collo
pendens precincta usque ad lumbos est
enim habitus aptus necessarius ad opus
exercendum fiebant autem primus ut quidam
existimant de pellibus melorum unde
et melotes vocate sunt fimbria veste

hoc est fuces cogito notabilium sicut greca
eum omnium omnia vocant

De palliis feminarum .vi.

Egellum est ... reginarum amictum unde et appellatum peplum matronale pallium ex purpura signatum cuius fimbrie aurei staminis summitate splendent. Palla est quadrum pallium muliebris vestis deductum usque ad vestigia quod a(f)fixis in ordine gemmis et palla dicta a mobilitate .i. a mobilitate que est circa finem huiusmodi indumenti sive quod in rugis mobilibus fundata est. Stola matronale operimentum quod cooperto capite et scapula a dextro latere in levum humerum mittitur. Stola autem grece vocatur quod superemittatur. Idem et recinium latino nomine appellatum eo quod dimidia eius pars retro reicitur quod vulgo mavortem dicunt. Dictum autem mavortem quasi martem. Signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est. Inde et super caput mulieris est. Amiculum est meretricum pallium lineum. Hoc apud veteres matrone in adulterio deprehense induebantur ut in tali amictu potius quam in stola polluerent pudicitiam. Erat enim apud veteres signum meretricie vestis nunc in Hispania honestatis. Theristrum pallium est quo usque hodie Arabie et Mesopotamie mulieres velantur quibus in estu tutissimo teguntur umbraculo. De quo in ... Anabolagium amictorium lineum feminarum quo humeri operiuntur quod greci et latini sindonem vocant.

De vestibus que in usu habentur .vii.

Stragulum vestis est discolor quod manu artificis diversa varietate distinguitur. Dictum autem quod et instratui et in amictu aptus sit. De quo Salomon: Stragulatam vestem fecit sibi. Lodices paludes ... tyrcatiis vocatas quidam existimant tum cum egrediebantur deludi pusillo iuncis ... vestimento tegebat caput et faciem quia solent erubescere qui lupanar intrarent. Stragula ... ornamenta lectorum dicta quod in ipsis fulcimentis sustentent ut quod thoris fulciant sive caput que reclinatoria vulgus appellant. Cervicalia ab eo quod ponatur sub cervice ut cubito pulvillus dicitur ... pulvinar qui est diminutivus. Culcite vocate quod calcentur .i. farciantur pluma sive tomento quo molliores calidiores sint. Tapeta dicta quod pedibus primum sternuntur quasi tapedia. Sipla ... peta ex una parte villosa quasi simpla. Amphitapa ex utraque parte villosa tapeta. Lucilis simplex ... amphitapa villis ingentibus molles. Mantelia nunc propinantis mensis sunt que ut nomen ipsum indicat olim tergendis manibus prebebantur. Mappe quoque et cenarum apposite sunt quasi manipe atque ob id nominate. Cuius diminutivum mapella. Toralia longe protense mappe dicta. Dicte Sabanum grecum faciatergium et manitergium ... [illegible] vocatum. Vela dicta quod obiectu suo interiora domorum velent. Aulea vela picta et grandia que ideo aulea dicta sunt quod primum in aula Attali regis Asie cui successit populus Romanus inventa sunt. Cortine sunt aulea .i. vela de pellibus qualia in Exodo leguntur quibus tabernaculum extrinsecus tegebatur. Dicte autem cortine a corio quod prius ex pellibus fuissent facte. Unde et in eodem tabernaculo leguntur in...

cortinas sicut expellis albu rubris
2 expellibus iacintinis Ciliciat arabes
nuncupat velamenta pilis caprarum contex
ta ex quibus sibi tentoria et faciunt

Sequitur de lana .viii.

Lana alimendo i. ancilando vo
cata sunt 2 vellus dum quod
prius lane vellentur non tonderentur
Linum autem ornamentum deplorum namque
eius agrestis nam linum grece linarum sunt
quod molle 2 leue Stuppa vero canabi est
sive lini hec 2 stupa antiquum orto graphiaz
stuppa dicta quod stipa rime navium stipatur
unde 2 stipatores dicuntur qui in vallibus
eam componunt Tormentum appellatum
quod aut in filo aut in tela tinneat vel
subtilitate liceat Canabu asperitudine
tamen vocatum sive graeca ethimologi
nam illi canabu cannabim vocant Bis
sum genus est quoddam lini nimium can
dide 2 mollissimi quod greci papatem vocant
Fibrinum lana est dicatum quos fibros
vocant ipsos 2 castoreos existimant
quos dum venatores sequuntur ipsi sibi
testiculos adimunt Aranea vocata eo
quod aeris infusione in frondibus nutriatur
Sericum dictum quia id seres primum mi
serunt vermiculi enim ibi nasci perhibentur
a quibus hec circum arbores fila ducuntur
Vermes autem ipsi grece bombices nominantur
plaum est stuppa 2 quasi operosa sicca 2

De coloribus vestium x. · · Grecu nome

Tinctura vocata eo quod tingit
2 in aliaz speciem primi nitoris
gratia coloratur Coccum grece nos rubrum sive
vermiculum dicimus est enim vermiculus ex sil
vestris frondibus Conchilium dictum eo quod
ex conchis marinis color eius colligitur
idem 2 ostrum vocatur ostrum quod preciose

purpure tinctura pluris quidem in litoris
est optimum in insula typo gignitur sive
in Spiis quos prior plus tirius illitat
Conchilia autem sive marinis quae conosa
ferro laedunt purpurei coloris est inter
eut quibus collectus color purpureus reperiatur
2 ostrum exinde appellatum dicunt quod ex
teste humore elicitur Purpura apud
latinos a puritate lucis vocata apud
grecos autem porfira dicta ab asperitione
apud nos purpura sive asperitione effecta
rugo color est purpure subnigre quae fit
in hispania ut ferruginei obscurius sit
dicta autem ferrugo quod omnis purpura
prima tinctura eiusmodi coloris existat
Blaucus color est ferrugine subnigra
Elbidum ab albo color vocatum est enim
medius color inter nigrum 2 album 2
elbu de albo dicitur Luteus color in
biridus quod et croceus nam croceum
lutei coloris est ut croco mitatur
uellera luto Alicum mastricum bla
tru blabuz mestatum ostru quia ex
usto est sit enim a dependente fuligine
tectorum congesta assiduis ignibus unde
2 color eiusdem tincture flameus est

De instrumentis vestium xi.

Tela plongitudine stamininum
dicta enim dicitur est telaria
injubuli quia infra 2 supra sunt ut quo
in sublimatur Radius dictus quia radiis
dicta sunt Pectines quod per ea fila ra
dant 2 impendunt Colum quod sit in longitu
dine 2 rotunditate quasi columpna confu
sum quod prope fundatur quod uetu est
Alabrum quod in eo lebunt fila in solutur
Calathus leue gestamen ex iuncis ut
canna autem exiunitos ferunt ingerunt 2 pensa
ponitur ut leguntur flores calathus grece

ligamen est a quo derivatum est calathus
nam latine quasillum dicitur. Cyrillus et philip-
pus autem eo nomine quasilla pendentur aurum.
Pensum antiquorum appendendo dictum unde et pen-
sa et impensa. Netum filo dictum quod vel quod ex
pilis armatur. Stamen vel quod lanificium filis
tenuibus constat in modum pilorum quod florum
matassa quod metaxa dicitur filum et etiam
florum nam metaxa vocitabatur quod sufficiat
globellum corrupte a globo dictum per dimi-
nutionem quasi globellum. Panucula quod
excernens panni texitur per eum discurrat
per telam. Stamen dictum quod recte stat
trama quod inter stamen commeat sive currit. Percula
autem filum inter stamina currens. Licia
sunt quibus stamina ligantur quasi ligia. De-

De ornamentis capitulum dicere tempus est.

Alterius denique de ornamentis ad certum
cultum venientes. Ornamenta dicta
eo quod eorum cultu ora vultusque de-
corentur. Prima ornamenta corona in-
signe victorie sive regii honoris sig-
num que ideo in capite regum ponitur
ad significandum circumfusos in orbe populos quibus
sit accinctus quasi caput suum coronatur.
Has a Callio coronas Apollonius scripsit esse
dictas et primum a liberis quondam
gentiles existimant quod liberi in potando
mota vino capita vinctis fasciolis in-
sumpserint. Ideo olim sine et laurea
dicitur coronas fuisse sicut erat in sacer-
dotibus gentilium. Romae corone habet
extensa variatum eo quod initio tantum artis
ornentur atque ad ymaginem cunctis ut creari
et formatam et nominatam coronam. Imperato-
res romani et reges quidam gentium au-
reas coronas utuntur. Persae tyaras
gerunt sed reges rectas satrape incurvas.

Regia autem tyara est mitra unde est as-
syriorum regina quod feminis ornamenta crevit
usque hodie gens ipsa retinet. Alcmenes
autem cidaras aureas gerebant primum in
virtute non in utile in fronte non cum eadem
sed insignia cum quibus regno est. Gentilium
vates infulas a pileis pilleas sive ga-
leria utebantur. Infula est fasciola sacer-
dotalis capitis alba in modum diadematis
a qua vitte ab utraque parte dependent que
infulam vinciunt. Unde et vitte dicte sunt
quod vinciant. Infula autem plerumque lata erat
pleraque tortilis de albo et cocco. Apex
est pilleum pittale quo sacerdotes gentiles ute-
bantur appellatus ab apiendo id est alligando nam
virgula que in pilleo erat quaetenebat filo
quod fiebat ex lana hostie. Galerum
pileum ex pelle cese hostie factum pelleum
autem dictum a pelle hostie unde fiebat.
Cidarim et ipsum sacerdotum erat quod aplerique
mitram vocabant. Ornamenta capitis femi-
narum diadema nimbum capitulum et mitra.
Dyadema est ornamentum capitis matro-
narum ex auro et gemmis contextum quod in
se circumactis extremitatibus retro astringitur
et exinde dictum grece quod perstringatur. Nimbus
est fasciola transversa ex auro assuta in
linteo quod est in fronte feminarum. Plautus
quo magis eam aspicio tam magis nim-
bata est nam et lumen quod circa angelorum ca-
pita pingitur nimbus vocatur licet et densitas
nubis sit nimbus. Capitulum est quod vulgo
capitulare dicitur id est et capalis quod duos a
pitis ut cappa. Sed licet ut capitis or-
namentum est. Mitra est pilleum frigium
caput protegens quale est ornamentum capi-
tis devotarum. Sed pilleum virorum est mitre

aut feminarum Redimicula sunt quibus mitra
alligatur pilleum aut ut plerumque appelle-
tur nam mitra calantica et vidam mitra
e dogmatis capitis Vitte sunt que crinibus
innectuntur quibus fluentes religantur capilli
et vitte dicte quod vinciant Tenia hec est vit-
tarum extremitas dependentes diversorum colorum
Item vitta est qua corona vincitur tenia
vero extrema pars vitte que dependit corona
Reticulum est quod colligit comas dictum ab
eo quod retinet crines ne effundantur
Discriminalia capitis mulieris sunt vocata
ex eo quod caput auro discriminat id est discri-
minare dividere Antie sunt cincinni
dependentes prope auriculas greco vocabulo
ab auribus Acus sunt quibus in feminis or-
nandorum crinium compago retinetur ne laxius
fluat et sparsi dissipentur capilli In-
aures ab aurium perforatione imposite
quibus preciosa grana lapidum dependunt
aurium thimus et grecia puelle utraque aure
pueri tamen dextra gerebant Torques sunt
circuli aurei a collo ad pectus usque de-
pendentes torques autem et bulle a viris
geruntur feminis monilia et catella dicte
autem torques quod sint torte et bulle quod
similes sunt rotunditate bullis que in aqua
vento inflantur Monile ornamentum
ex gemmis est quod solet ex feminarum de-
pendere collo dictum a munere hoc et ser-
pentinum dicitur quia constat ex anulis quo-
rundam aureis gemmis et variis in modum
serpentis nonnulli hoc et segmenta
et longos textus licet et sepe metallis
vestes dicimus ut ipse et segmentatis
dormisse purpura omnis Plerumque autem
et pro monile omnia ornamenta matrona-
rum significantur quidquid illis munere
datur Inaurea vulgo vocatur quod sit aureum

metallo in virgulis lentescentes quedam
ordinis fluxuosi cathena contexitur in simili-
tudinem nimirum serpentis que ad collum
ornandum aptatur licet interdum auro et argen-
to texitur virgulis Unde et in Canticis dicitur
Canticorum Murenulas aureas faciemus tibi
vermiculatas argento Catelle sunt catenu-
le colli in utrumque se complexe in modum
cathene unde et appellate Dextrales que
sunt virorum ac feminarum quod utrique sexui
dextre sunt Armille autem proprie virorum
sunt collate victorie causa militibus ab
armorum virtute unde et quondam virile
dicebatur abmittebatur aut brachiale armilla
non distrupat quia ipsa quoque licet ubi
ponitur ambiendo constringit Armilla
lacinis extenditur circulus rotundus sit
Fibule sunt quibus pectus feminarum or-
natur ut pallium teneatur et viri in humer-
is seu cingulum in lumbis Lunule sunt
ornamentum mulierum in lune similitudine
bullule auree dependentes Specula
sunt in quibus femine vultus suos intuentur
dictum autem speculum vel quod splendore red-
ditur vel quod ibi femine intuentes considerent
speciem sui vultus et quid ornamentorum desit
viderint adiciant Periscelide sunt apud
feminas crurum ornamenta quibus gressus
earum ornatur Olfactoriola vascula sunt
mulierum quibus odoramenta gestantur

Sequitur de anulis xii

p Anulum primus Prometheus fertur circum
ferreum incluso lapide digito
circumdedisse qua consuetudine homines
anulos habere ceperunt Anuli autem per
diminutionem dicti a circulis et anis quod
sunt circum brachia et circum crura unde
et signa corporum per diminutionem sigilla

Nam signa maiora sunt sigilla vero
quasi minora signa. Anulos sinistre
primum gestare ceperunt certo a pollice
digito quod eo vena quedam ad cor
usque pertineat quam notandam ornandamque
aliquo insigni veteres putaverunt. Apud
romanos anuli de publico dabantur
et non sine discrimine nam dignitate
preditis viris gemmati dabantur ceteris
solidi. Anulum aureum neque servus neque
libertinus gestabat in publico sed anu-
lo aureo liberi utebantur libertini arge-
teis servi ferreis licet et multi honestissimi
anulo ferreo utebantur. Apud veteres ul-
tra unum anulum uti et femine ... viro
Graccus nemini minimum concedatur quintes
sinistra eius contineat auctoritate senatum
qui pro militari cupiditate ut milici ...
ornatus. Crassus qui apud parthos periit
in senectute duos habuit anulos causam
preferens quod pecunia ei immensa crevisset.
Juliani etiam romanorum pudicitie an-
tiquitate gestare in digito abstinuerunt
femine non usæ anulis nisi quos virgini
sponsus miserat neque amplius quam binos
anulos aureos in digitis habere solebat.
At nunc pre auro nullum feminis leve est
atque immune membrum. Item genera anu-
lorum sunt ungulus samotracius tinius. Un-
gulus est gemmatus vocatus hoc nomine
quia sicut ungula carni ita gemma
anulo auro adheret. Samotracius
aureus quidem sed capitulo ferreo a loco
vocatus. Tinius purus et simplex in bi-
tinia fabricatus quem olim tinam voca-
bant. Flaccus lugere ea mitra nec
te singulos lenellos que in flacce in-
nectentes percandida margarita quero
nec quos tunica sinu posuit ancellos.

De cinctu xxxiii. hic ad ipsos capillos

Cinctus est lata zona et minus lata
semicinctium et utroque minima cin-
gulum. Nam cinctus diminutione cingulum
nominatur. Cinctu autem iuvenes in exer-
citatione campestri verenda velabant
unde et campestre dicebatur. Baltheum
cingulum militie est dictum pro eo quod ex eo
signa dependent ad demonstrandam legionis
militaris summam adest sex milia sexcente
torum et ... constant unde et baltheus
dicitur. Hoc non tam cingulum est quam etiam quo arma
dependent. Zona gemmarum est quam illi zonam
vel cingulum nuncupamus. Strofeum est
cingulum aureum cum gemmis de quo ait Tur-
ma strofia letantes cincta papilla sed
prudentius nomine hoc proprio gemme alliga-
te et limus est cinctus quo publici serve-
bant servi et dictus limus quia transversus est
purpuras vel limbas. Calicium cinguli genus
ducto a loco dictum. Fibula genus est quo
illi fibulum dicunt quod ligat. Succibulum est
ligaturam. Redimiculum est quod succinctorium
sive bracchiale nuncupamus quod descendens
per cervicem et a lateribus colli divisum utrumque
alarum sinus ambit atque hinc inde se suc-
cingit ut constringens latitudinem vestium
corpus contineat atque cingendo coaptat
hunc vulgo brachilem quasi brachialem
dicunt quamvis nunc non brachiorum sed
renum sit cingulum. Subcinctorium autem
vocatum quod ut dictum est sub brachiis ductum
alarum sinum ambit atque hinc inde succin-
git. Fascia est qua tegitur pectus et pa-
pille comprimuntur atque crispanti cingulo an-
gustius pectus artatur. Et dicta fascia quod

in modum fasciae corpus alligat. Unde et
fasciola quibus crura colligantur. Vitta
dicta quod ea partes vinciuntur instar vitis liga-
tis. Limbus est quem nos ornaturam dicimus,
fasciola que ambit extremitatem vestium, aut
ex filis aut ex auro contexta assuta que
extrinsecus in extrema parte vestimenti vel
clamidis. De qua Virgilius dixit: Sido-
niam picto clamidem circumdata limbo.

De sutoribus et calciamentis .xxxiiii.

Sutores nuncupatos quod insertis setis
porcorum scilicet suant, i. consuant,
quasi setores. Caligarios vero non a callo
pedum sed a calo i. ligno vocatos, sine quo
conpingi calciamenta non possunt. Quas greci cal-
lopodes dicunt. Conficiebantur autem prius ex sa-
lice tamen sunt et calciamenta dicta quod in ligno
fiant vel quod calcentur. Crepidas autem greci
repertas usi sunt. Est autem genus singulari
forma et idem utrique aptum pedum dextro
vel sinistro. Crepidas autem dictas quod cum
sono stringantur sive a pedum crepitu in am-
bulando. Calceos reges utebantur et ce-
sares forma eorum. Patricios calceos ro-
mulus reperit quatuor corrigiarum assu-
taque luna. Hos soli patricii utebantur. Lu-
na autem in eis non sideris formam sed notam
centenarii numeri significabat, quod initio patricii
senatores centum fuerint. Barce tibialia
calciamenta sunt dicta quod crura tegant. Coturni
sunt quibus calciantur tragedi qui in theatro
dicturi erant et alta intonantique voce car-
mina cantaturi. Est enim calciamentum in
modum crepidarum que cretes utebantur, sed
tale ut in dextro et in levo conveniat pede.
Barce calciamentum comedorum erat sicut
tragedorum coturni, quos quidam etiam ca-
lones appellant eo quod ex salice fierent.
Nam greci ut diximus lignum cala vocabant.

Talares calciamenta sunt qui inde nominati vi-
dentur quod ea figura sint ut contingant
talum, sicud subtalares quod subtalo (?) quasi subta-
lares. Obstrigilli sunt qui per plantas consuta
sunt et ex superiori parte corrigia trahitur ut
obstringantur, unde et nominantur. Opas pinto
ad hos plurimum status et quamvis inter ceteris
generale nomen tamen proprium retinet. Sculleri
sunt solee coturnorum solo alta superiori parte
cum assis ut eneis malleolis ad quos lo-
ra deligabantur. Dicta autem a colore rubro
qualis est molli piscis. Solee sunt quibus
tantum pedum plante teguntur, dicte a solo pe-
dum. Item solee mattales ex matteria
texto intexte. Socci tamen diminutive so-
celli appellati quod soccum habeant in quo pes
plante mittitur. Callinale calligae ut a ca-
lopedum dicte vel quia ligantur, nam socci
non ligantur sed tantum intro mittuntur. Cernui
socci sunt sine solo. Lingulati quos nos
foliatos vocamus. Clavati perones et cul-
ponii rustica calciamenta sunt. Baxea
calciamenta sunt mulierum. Corrigie a coriis
vocantur vel a colligatione qua collegie sunt.

Explicit liber nonusdecimus

Primus Dedalus mensam et sellam
fecit. Coquine apparatum Apicius
quidam primus composuit, qui
in eo assumptis bonis morte voluntaria periit
et mensa quia iis gule atque edacitati sunt
